

**EPISTOLAS,  
O CARTAS  
DE MARCO TULIO CICERON,  
VULGARMENTE LLAMADAS  
FAMILIARES.**

TRADUCIDAS  
POR EL *Dr. PEDRO SIMON ABRIL*  
*natural de Alcaráz.*

TOMO III.



EN VALENCIA:  
POR JOSEPH, Y THOMAS DE ORGA.  
M. DCC. LXXX.  
*CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.*

---

*Quem autem in ea re ( in stilo sc. episto-  
lico ) potius quam Tullium audiamus ? qui  
non modo in orationibus , sed in epistolis  
etiam dominatur. Itaque Sidonius , quum  
temerarii esse hominis putaret adspirare  
ad gloriam Ciceronis , de eo silendum es-  
se ait in stilo epistolari. In quo imitatus  
illud Sallustii de Carthagine silere me-  
lius puto , quam pauca dicere.*

Gerardus Ioh. Vossius Instit. Orator.  
Lib. VI. cap. V. §. IV.

---

M. TULLII  
CICERONIS  
EPISTOLAE  
AD FAMILIARES.  
LIBER NONUS.

## ARGUMENTUM.

*Varronis adventum exspectat, ut ex consuetudine eius, non minus quam ex studiis ac libris, cum quibus in gratiam redierit, solatium doloris petat, quem ex afflictâ rep. ceperat.*

Anno urbis conditae 707.

M. T. C. M. TERENCEIO VARRONI S. D.

I. **E**X his literis, quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres, et ubi esses, cognovi: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex iisdem literis potui suspicari. In spem tamen venio, appropinquare tuum adventum: qui mihi utinam solatio sit. Etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem  
quis-

LIBRO NOVENO  
DE LAS EPISTOLAS  
FAMILIARES  
DE MARCO TULLIO  
CICERON.

## ARGUMENTO.

Espera la venida de Varron, para que con su trato, no menos que con los escritos y libros, con quienes ha buuelto en amistad, pueda tollerar las molestias, que le havia ocasionado el mal estado de la república.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A M. TERENCEIO VARRON.

I. **P**Or la carta que has escrito à nuestro amigo Atico, la qual él me ha leído, he entendido donde estás, y en qué egercicios te ocupas: pero no he podido entender por la misma carta, para quando nos podremos vér. Aunque tengo confianza que no se dilatará mucho tu venida: la qual quiera Dios que sea para mi consuelo. Aunque son tantas y tan grandes las cosas que nos acosan, que ningun  
cuer-

quisquam non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuvare. Scito enim me, postea quam in urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam. Etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod iis succenserem; sed quod eorum me suppudebat. Videbar enim mihi, quum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demissem, praeceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, et revocant in consuetudinem pristinam: teque, quod in eo permanseris, sapientiolem quam me dicunt fuisse. Quam ob rem quum placatis his utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea quae premant, et ea quae impendant, me facile transiturum. Quam ob rem sive in Tusculano, sive in Cumano ad te placebit, sive (quod minime velim) Romae; dummodo simul simus, perficiam profecto, ut id utriusque nostrum commodissimum esse videatur. Vale.

AR-

*cuendo, puede tener esperanza de alivio alguno. Pero ¿tú podrás ayudarme en algo, ó yo á ti por ventura. Porque te hago saber, que despues que he llegado á Roma, he buuelto en amistad con mis antiguos amigos, quiero decir, con nuestros libros. Aunque no havia yo dejado su trato y amistad por queja ninguna que yo de ellos tuviese: sino porque tenia empacho de ellos. Porque me parecia, que en haverme entremetido en negocios de tanta rebuelta y confusion, y con unos compañeros de tan poca fidelidad, havia dado poco credito á sus consejos. Pero en fin ya me perdonan esta culpa, y me combidan á nuestro antiguo trato y amistad: y me dicen, que tú en haver perseverado en ella has sido mas sabio que yo. De manera que, pues ya se han reconciliado conmigo, pareceme que si contigo me veo, tendré razon de tener esperanza de poder facilmente tolerar las presentes molestias, y las que se esperan. De manera que si te parece que nos veamos en la granja Tusculana, ó en la Cumana, ó (lo que menos yo querria) en Roma; solamente estemos juntos, yo haré que entienidas, que esta conversacion y trato para ambos á dos havrá sido mui util. Tén salud.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Retentae epistolae causam exponit; deinde suadet, ut vitet oculos hominum; quod ipse faciat, donec gratulatio Africanæ vi-  
ctoriæ defervescat; et suum iuvandæ  
reip. desiderium declarat.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. VARRONI.

II. **C**Aninius idem tuus et idem no-  
ster, quum ad me pervesperum  
venisset, et se postridie mane ad te iturum  
esse dixisset; dixi ei me daturum aliquid  
mane, et ut peteret, rogavi. Conscripsi epi-  
stolam noctu: nec ille ad me rediit. Oblitum  
credidi. Attamen eam ipsam tibi epi-  
stolam missem per meos, nisi audissem  
ex eodem, postridie te mane e Tusculano  
exiturum. At tibi repente paucis post die-  
bus, quum minime exspectarem, venit ad  
me Caninius mane; proficisci ad te sta-  
tim, dixit. Etsi erat (\*) *εως* illa epistola,  
praesertim tantis postea novis rebus allatis;  
tamen perire lucubrationem meam nolui,  
et eam ipsam Caninio dedi. Sed cum eo,  
et

(\*) i. e. Obsoleta, non recens.

## ARGUMENTO.

Dicele el motivo de haverse tardado la carta, y le aconseja que huya de los ojos de las gentes, como él hacia, hasta que se pase el encono por la victoria en Africa; y le significa su deseo de valer à la república.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A VARRON.

II. **T**U amigo y tambien mio Caninio vi-  
no à mi casa un dia ya tarde, y me  
dijo, como otro dia de mañana se parti a para  
donde tú estabas: yo le dije que por la maña-  
na le daria una carta para tí, y le rogué, que  
no se fuese sin ella. Escribí la carta de parte  
de noche: y Caninio no vino por ella à la ma-  
ñana. Yo creí que se le havia olvidado. Y con  
todo eso te la huviera embiado con mis cria-  
dos, sino que el mismo Caninio me dijo, que  
otro dia de mañana te havias de ir de tu gran-  
ja Tusculana. Al cabo de unos quantos dias he-  
te aqui à Caninio donde viene à pedirme la  
carta, à tiempo que yo mas descuidado esta-  
ba; y diceme, como estaba de camino para tí.  
Yo, aunque ya era añeja aquella carta, espe-  
cialmente habiendo venido despues acá tantas  
nuevas; con todo eso no quise que se perdiese  
mi trabajo y lo que me havia desvelado, y así  
dí la carta misma à Caninio. Y por conocerlo  
por

et homine docto, et tui amantissimo locutus ea sum, quae pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilii do, quod mihi met ipsi; ut vi-remus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. Qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos in-ventur. Qui autem victos esse nostros moleste ferunt, nos dolent vivere. Quaeres fortasse, cur quum haec in urbe sint, non absim, quemadmodum tu? Tu enim ipse, qui et me et alios prudentia vincis, omnia (credo) vidisti: nihil te omnino fefellit. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ac mihi quidem iam pridem venit in mentem, bellum esse aliquo exire, ut ea, quae agebantur hic, quaeque dicebantur, nec viderem nec audirem. Sed calumniabar ipse: putabam, qui obviam mihi venisset (ut cuique commodum esset) suspicaturum, aut dicturum, etiam si non suspicaretur: Hic aut metuit, et ea re fugit; aut aliquid cogitat, et habet navem paratam.

De-

por hombre docto y muy aficionado à tí, le di-ge de palabra ciertas cosas, las quales creo que él te las havrá dicho. Yo pues te doi el mismo consejo y parecer, que me he tomado para mis que huyamos de los ojos de las gentes, pues no podemos escaparnos de sus lenguas. Porque los que están entonados por la victoria, nos miran con desdén como à gente vencida. Y à los que reciben pena de vér vencido nuestro van-do, les pesa de vér que havemos quedado vi-vos. Pero dirásme por ventura, que si tanto mal hai en la ciudad, por qué no me salgo de ella, como tú lo haces? Porque tú, que en pru-dencia y discrecion haces ventaja à mi y à to-dos los demás, entiendo que lo consideraste to-do: y que en cosa ninguna te engañaste. Quién hai de tan larga vista, aunque fuese un lince, que en tantas tinieblas y escuridad de nego-cios no tropiece en nada? ni caiga en ningun boyo? Dias ha cierto que yo entiendo, que me sería una cosa de mucha importancia salirme à alguna parte, donde no viese ni oyese las cosas que aquí pasan y se dicen. Pero venian-me al pensamiento estas imaginaciones, no sé si falsas: que pensaba yo, que el que me viese salir de Roma, (como le pareciese) ò sospe-charia, ò diria aunque no lo sospecháse: Este ò tiene miedo, y por eso huye; ò tiene algun mal pensamiento, y tiene ya nave aparejada.

Fi-

Denique, levissime qui suspicaretur, et qui fortasse me oprime novisset, putaret me idcirco discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. Haec ego suspicans, adhuc Romae maneo: et tamen (\*) λεανδρίτος consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes rationem mei consilii. Tibi igitur hoc censeo: latendum tantisper ibidem, dum defervescit haec gratulatio, et simul dum audiamus quemadmodum negotium confectum sit. Confectum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. Quanquam, quo me coniectura ducat, habeo: sed exspecto tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor iam rancus erit factus, ad Baias venire. Erit enim nobis honestius, etiam quum hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potius quam natatum. Sed haec tu melius. Modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris; a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem: non deesse, si quis adhibere volet,

(\*) i. e. *Sensim, latenter, obscure.*

Finalmente, el que mas comedidamente lo quisiese considerar, y conociese muy bien mi humor y condicion, pensaria que me salgo de Roma por no poder sufrir la vista y presencia de ciertas gentes. Por amor de estas sospechas me estoi aun detenido en Roma: aunque el largo uso vá poco à poco ya haciendo callos en mi animo. To te he dicho la causa de mi determinacion. Pero para tí te doi esto por parecer: que te estés aí quedo mientras se resfria este calor de darse el parabien de lo de Africa, y juntamente hasta que entendamos cómo ha pasado el negocio. Porque yo entiendo, que ello es ya del todo concluido. Y importarnos ha mucho entender, qué proposito trae el vencedor, y en qué han de parar estas cosas. Aunque yo tengo ya congeturado lo que ha de ser: pero con todo eso aguardo el suceso. Yo no querria que tú vinieses à los baños de Baya, hasta que ya se huviesen resfriado estas nuevas de Africa. Porque quando de aqui salieremos, nos será mas honra mostrar, que havemos ido allí mas à lamentar que no à bañarnos. Pero todo esto mejor lo considerarás tú. Solamente este mos firmes en aquel proposito de vivir juntos en nuestros estudios; los quales hasta aora solamente nos servian de entretenimiento, y aora nos han de servir de remedio: y de no faltar, si alguno para el edificio de la república

nos

non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rempublicam, et potius libenter accurrere: si nemo utetur opera, tamen et scribere et legere (\*) πολιτειας: et si minus in curia atque in foro, at in literis et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, (\*\*) navare rempublicam, et de moribus ac legibus quaerere. Mihi haec videntur. Tu quid sis acturus, et quid tibi placeat, pergratum erit si ad me scripseris. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Iturum se ad Varronem scribit: sed fore qui reprehendant, quod in tanto incendio civitatis amoenitates locorum quaerat: se vero barbarorum voces contemnere, et persequi propositum, ut in studiis una vivant.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. VARRONI.

III. **E**T si quid scriberem non habebam; tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. Etsi vide, quaeso, sa-

(\*) i. e. Libros de regenda republica, sive, civitatum gubernandarum rationes.

(\*\*) Alii: navare reip. Alii: navare operam reip.

*nos quisiere llamar, no como arquitectos principales, sino aunque sea como a simples oficiales, sino acudir a ello de buena gana: y si ninguno nos digere nada, ni se quisiere servir de nuestra ayuda, podemonos emplear en leer y escribir cosas tocantes al gobierno de la república: y ya que en el senado y en las audiencias no podamos valerle nada a la república, podremoslo hacer con libros y escrituras, como lo hicieron aquellos antiguos tan doctos, y disputar entre nosotros de lo que toca a las buenas costumbres y a las leyes. Este es mi parecer. Mui gran contento recibiré de que me escribas, qué es lo que tú piensas hacer, y lo que te parece. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Dice que se veria presto con Varron: aunque teme dará en ojos el que busque el placer en las granjas, haviendo tanto fuego en la ciudad: dice empero que despreciando lo que digan los barbaros, quiere verle, y vivir en su compañía.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A VARRON.

III. **A**unque no se me ofrecia cosa que escribirte; viendo que Caninio iba donde tú estabas, no pude dejar de darle ésta para tí. Qué te parece pues que yo te escriba? lo que sé que mas gusto te dará, que presto me veré contigo. Aunque mucho querria lo mirases,



satisne rectum sit, nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse. Dabimus sermonem iis qui nesciunt, nobis, quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Quid refert? tamen in sermonem incidemus. Valde id (credo) laborandum est, ne quum omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. Ego vero, neglecta barbarorum inscitia, te persequar. Quamvis enim haec sint misera, quae sunt miserrima; tamen artes nostrae nescio quo modo nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant: sive quia nulla nunc in re alia acquiescimus; sive quod gravitas morbi facit, ut medicinae egeamus, eaque nunc appareat, cuius vim non sentiebamus quum valebamus. Sed quid ego nunc haec ad te, cuius domi nascuntur? (\*) γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. Nihil scilicet, nisi ut rescribens aliquid, me exspectares. Sic igitur facies. Vale.

(\*) i. e. Noñquam Athenas.

AR-

ses, si es bien hecho, habiendo tanto fuego y mal en la ciudad, estarnos nosotros tomando placer en nuestras granjas. Temo que daremos que decir à los que no entienden, que nosotros, do quiera que estemos, tenemos el mismo traje de vestir, y la misma manera de vivir. Y qué nos vá en eso? no mas de que daremos que decir. Mucha cuenta (creo) tenemos obligacion de tener, con que no reprehendan el tratar entre nosotros y con nosotros una honesta quietud, gentes que en todo genero de vicios y maldades andan embueltas. Yo cierto, despreciando la ignorancia de hombres tan barbaros y de tan poco saber, te iré à buscar donde estuvieres. Porque aunque estas cosas están tan miserables, como las que mas pueden estar; con todo eso nuestros estudios no sé de qué manera parece que nos dán aora mas abundante fruto, que nos daban otros tiempos: ora sea porque aora no nos empleamos en otras cosas; ora porque la gravedad de la enfermedad hace que busquemos con mayor fervor el remedio, cuya fuerza aora que estamos enfermos se echa mas de ver, que no quando estabamos sanos. Pero à qué fin yo à tí esto, teniendo tí llena tu casa? es llevar lechuzas à Atenas. No lo he hecho por otro fin, sino por darte ocasion para que me respondas algo, y me aguardes. Lo qual lo harás así. Tén salud.

Tom.III.

B

AR-

## ARGUMENTUM.

*De Varronis adventu ex Diodori philosophi sententia iocatur ita, ut ad Chrysippi sententiam accedat.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. VARRONI.

III. (\*) Π Egi dvatōi me scito (\*\*) κατὰ Διόδωρον γέγισι. Quapropter, si venturus es, scito, necesse esse te venire. Sin autem non es, (†) τῶν ἀδύνατων est te venire. Nunc vide, ultra (††) γέγισι magis delectet, (¶) Χρυσίππειαν ne an haec, quam noster Diodorus non concoquebat. Sed de his etiam rebus, otiosi quum erimus, loquemur. Hoc etiam (¶¶) κατὰ Χρυσίππειον dvatōi est. De Costio mihi gratum est: nam id etiam Attico mandaram. Tu si minus ad nos accurremus ad te. Si hortum in bibliotheca habes, deerit nihil. Valē.

AR-

(\*) i. e. De rebus quae fieri possunt, sive, de possibilibus. (\*\*\*) i. e. Secundum Diodorum, vel, ex Diodori sententia iudicare.

(†) i. e. Ex iis rebus, quae fieri non possunt.

(††) i. e. Crisis.

(¶) Chrysippeum, vel, ex Chrysippi sententia.

(¶¶) i. e. Secundum Chrysippum fieri potest.

## ARGUMENTO.

Explicase sobre la venida de Varron siguiendo la opinion de Diodoro, de modo que parece seguir la de Crisipo.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A VARRON.

III. **E**N lo que toca à la posibilidad de las cosas te hago saber que soi de la opinion de Diodoro. Y asi entiende, que si has de venir, será cosa forzosa y necesaria tu venida. Y si no has de venir, será una de las cosas imposibles. Mira tú aora qual de estos dos pareceres te agrada mas, el de Crisipo, ò este que nuestro amigo Diodoro no podia digerir. Pero de esto tratarémos mas largo, quando estuviéremos desocupados. Porque esto conforme al parecer de Crisipo es cosa posible. En lo (\*) de Costio me has hecho gran merced: por que tambien se lo havia encomendado à Attico. Si tú no vienes donde yo estoi, yo iré donde tú estás. Y si en tu libreria tienes jardin, no hai mas que desear. Tén salud.

B 2.

AR-

(\*) Algunos en el texto latino leen Costio, otros, Cocceyo.

## ARGUMENTUM.

*Probat, et diem quo conventuri sint, et suum Varronisque consilium, quod semel a Caesare victi ab armis discesserint.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. VARRONI.

V. **M**ihi vero ad nonas bene maturum videtur fore, neque solum propter (\*) reipublicae, sed etiam propter anni tempus. Quare diem istum probo: itaque eundem ipse sequar. Consilii nostri, (\*\*) ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non poeniteret, nobis poenitendum putarem. Secuti enim sumus non spem, sed officium. Reliquimus autem non officium, sed desperationem. Ita verecundiores fuimus, quam qui se domo non commoverunt: saniores, quam qui, amissis opibus, domum non reverterunt. Sed nihil minus fero, quam severitatem oratorum. Et quoquo modo se res habeat, magis illos vereor qui in bello occiderunt, quam hos curo, quibus non satisfacimus quia vivimus. Mihi si spatium fue-

(\*) Alii: rempublicam. (\*\*) Alii: nisi eos.

## ARGUMENTO.

Aprueba el dia en que debian verse, y dice havia sido sano su consejo, en que vencidos por Cesar havian dejado las armas.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A VARRON.

V. **B**uen dia me parece que será para que nos veamos el de las nonas, no solamente para el negocio público que havemos de tratar, pero aun para la calidad del tiempo. Y asi yo tambien lo asigno: y lo tendré por dia aplazado. De nuestra determinacion de haver seguido à Pompeyo no tenemos por qué arrepentirnos, aunque sintiesen mal de ellos que no la siguieron. Porque no le seguimos por esperanza, sino por cumplir con lo que debiamos à quien eramos. Y desamparamos no nuestra obligacion, sino la desesperacion. De manera que tuvimos mas verguenza, que los que se estuvieron quedos en sus casas: y mas seso, que los que perdidos los favores y reparos no se bolvieron à ellas. Pero lo que yo mas impacientemente tomo, es la rigurosa censura de los que se estuvieron quedos. Y como quiera que el caso suceda, mas empacho tengo de los que murieron en la batalla, que cuenta con estos, que no se tienen por satisfechos de nosotros porque nos ven quedar vivos. Si yo tu-

vie-

fuerit in Tusculanum ante nonas venien-  
di, istic te videbo: sin minus, persequar  
in Cumanum; et ante te certiozem fa-  
ciam, (\*) ut lavatio parata sit. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Iam maturum esse ait, ut ab urbe disce-  
dat: et de Caesaris ex Africano bello  
redeuntis itinere diversos rumores nuntiat.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. VARRONI.

VI. **C**oenabam apud Seium; quum  
utrique nostrum redditae sunt  
a te literae. Mihi vero iam maturum vide-  
tur. Nam, quod antea calumniatus sum,  
indicabo malitiam meam. Volebam prope  
alicubi esse, si quid bonae salutis, (\*\*)  
Nunc, quando confecta  
sunt omnia, dubitandum non est, quin  
(¶) equis viris. Nam ut audivi de L.  
Caesare filio, mecum ipse, *Quid hic mi-  
hi faciet patri?* Itaque non desino apud  
istos, qui nunc dominantur, coenitare.  
Quid faciam? Tempori serviendum est.  
Sed

(\*) Alii: *lautia parata sint.* (\*\*) i.e. *Utroque  
simul eunte. Vel: simulque duo euntes.*

(¶) Alii: *equis, velis.* Sic Aprileus videtur legisse.

*viere lugar de ir à mi granja Tusculana antes  
de las nonas, alli nos veremos: y si no, yo te  
iré à vér à tu granja Cumana; y antes de ir  
te daré aviso, para que nos tengas el baño a-  
parejado. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Dice que ya es tiempo de que salga de Roma: y  
dale nuevas de lo que se decia de la venida de  
Cesar de Africa.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A V A R R O N .

VI. **E**staba cenando con Seyo en su casa,  
quando ambos à dos recibimos de  
ti sendas cartas. A mi ya me parece que es  
tiempo de salir de Roma. Porque de haverte  
entretenido hasta aqui, te quiero declarar mis  
excusas maliciosas. Yo deseaba entretenerte en  
alguna parte cerca de aqui, para que si hu-  
viese alguna buena esperanza de remedio, fue-  
semos los dos juntos. Pero pues ya todo es per-  
dido, no hai ya que poner duda, sino que à  
vela y à remo bolemos de aqui. Porque quan-  
do he entendido que ha hecho matar à Lucio  
Cesar el hijo, he dicho entre mi, *Qué hará  
éste à mí que soi padre?* Por esto accepto or-  
dinariamente los combites que me hacen estos,  
que son aora los que mandan. *Qué quíeres que  
haga?* Ha de conformarse hombre con el tiem-  
po.

Sed ridicula (\*) missa ; praesertim quum sit nihil quod rideamus.

*Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*  
Itaque nullum est (\*\*) ἀποπρογυμίοι, quod non verear. Sed quod quaeris ; quando, qua, quo, nihil adhuc scimus : istuc ipsum de Baiis. Nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc praedictum suum non inspexit : nec ullum habet deterius, sed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam : vel iam sciemus ; adventat enim Dolabella. Eum puto magistrum fore.

(†) Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττους διδασκάλων.

Sed tamen, si sciam quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum. Quare exspecto tuas literas. Vale.

AR-

(\*) Subadi : sint, vel, faciamus.

(\*\*) i. e. Reiectum.

(†) i. e. Multi discipuli meliores, vel praestantiores magistris.

po. Pero degemos aparte donaires, que no está aora el tiempo para donaires.

Africa, horrible tierra, se ha pasmado. De vér su suelo en sangre tan bañado.

De suerte que no hai desgracia que yo no tema. Pero quanto à lo que me preguntas, quando, por dónde, y à dónde ha de aportar Cesar, no tenemos nueva cierta : ni tampoco de lo que se dice de Bayas. Algunos creen que vendrá por Cerdeña. Porque aquella granja suya no la ha visto aun : y aunque es la mas ruin que tiene, con todo eso la estima en mucho. Pero yo por mas cierto tengo que vendrá por Sicilia : mas, presto lo sabremos ; porque ya viene delante Dolabela. El qual pienso que será maestro de campo. Muchos dicipulos vienen à ser mejores que sus maestros. Pero si me dieres noticia de tu determinacion, conformaré la mia con ella. Por lo qual querria me escribieses. Tén salud.

AR-

## ARGUMENTUM.

*Caesaris ex Africano bello adventum nuntiat; et belli civilis causam in Pompeium potius, quam in Caesarem confert. Varronem autem laudat, quod se ab armis ad studia, quasi a tempestate in portum, contulerat.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. VARRONI.

VII. **C**Aninius noster me tuis verbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset quod putarem te scire oportere. Est igitur adventus Caesaris, scilicet, in exspectatione: neque tu id ignoras. Sed tamen, quum ille scripsisset (ut opinor) se in Alsiense venturum; scripserunt ad eum sui, ne id faceret: multos ei molestos fore, ipsumque multis: Ostiae videri commodius eum exire posse. Id ego non intelligebam quid interesset. Sed tamen Hirtius mihi dixit, et se ad eum, et Balbum, et Oppium scripsisse ut ita faceret; homines (ut cognovi) amantes tui. Hoc ego idcirco nosse te volui, ut scires hospitium

ti-

## ARGUMENTO.

Dale nuevas sobre la venida de Cesar de la guerra de Africa; y atribuye mas à Pompeyo la causa de la guerra civil, que à Cesar. Alaba à Varron, porque haviendo dejado las armas, se havia entregado à los estudios, como el que despues de la tempestad toma puerto.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A VARRON.

VII. **N**uestro amigo Caninio me ha dicho de tu parte, que si algo havia de nuevo, que me pareciese ser cosa de importancia el darte de ello aviso, te lo escribiese. Lo que hai de nuevo es, que de dia en dia estamos aguardando la venida de Cesar: lo qual ya tú lo sabes. Pero entiendo que él ha escrito à sus amigos que vendria al puerto de Alsia; y ellos le han respondido que en ninguna manera lo haga: porque muchos le darian alli pesadumbre, y él tambien à muchos: y que les parecia, que le era mas conveniente cosa desembarcarse en Ostia. Aunque yo no entiendo qué diferencia havrá de lo uno à lo otro. Pero Hircio me ha dicho, que él, y Balbo, y Opio le han escrito que lo hiciese así; que son unos hombres que (à lo que yo entiendo) te tienen mucha aficion. Esto te he querido hacer saber, para que entiendas dónde has de apercibirte de

do-

tibi ubi parares, vel potius ubi utri-  
que. Quid enim ille facturus sit, in-  
certum est: et simul ostentavi tibi,  
me istis esse familiarem, et consiliis  
eorum interesse. Quod ego cur nolim,  
nihil video. Non enim est idem, fer-  
re, si quid ferendum est; et pro-  
bare, si quid probandum non est.  
Etsi, quid non probem quidem, ne-  
scio, praeter initia rerum. Nam haec  
in voluntate fuerunt. Vidi enim (nam  
tu aberas) nostros amicos cupere bel-  
lum: hunc autem non tam cupere,  
quam non timere. Ergo haec consilii  
fuerunt: reliqua necessaria. Vincere au-  
tem aut hos, aut illos necesse est.  
Scio te semper mecum in luctu fuisse,  
quum videremus quam illud ingens ma-  
lum alterius utrius exercitus ex ducum  
interitu: tum vero extremum malo-  
rum omnium esse civilis belli victoriam;  
quam quidem ego etiam illorum ti-  
mebam, ad quos veneramus. Crudeli-  
ter enim otiosis minabantur: eratque iis  
et tua invisa voluntas, et mea ora-  
tio. Nunc vero, si essent nostri potiti,  
val-

posada, ó por mejor decir, te apercibas en am-  
bas à dos partes. Porque no sabemos aun qué  
es lo que él determinará: y juntamente te he  
querido dar à entender la familiaridad que yo  
con estos tengo, y como me dãn parte de sus  
negocios. Lo qual yo no hallo por qué deba re-  
husarlo. Porque no es todo uno, sufrir lo que  
es fuerte cosa de sufrir; y aprobar lo que no es  
cosa de aprobar. Aunque no sé en verdad que  
dege de aprobar, salvo los malos principios de  
estas cosas. Porque solos estos estuvieron en  
nuestra mano. Porque yo vi (estando tú au-  
sente) que nuestros amigos deseaban guerra:  
y que Cesar no tanto la deseaba, quanto los  
estimaba en poco. Esto pues fué lo que estuvo  
en nuestra mano: lo demás fué cosa forzosa.  
Porque en fin los unos ó los otros havian de al-  
canzar victoria. Bien me acuerdo yo que siem-  
pre tú te afligias juntamente conmigo, viendo  
el grande mal, que de qualquiera de los dos  
capitanes que muriese, havia de recibir qual-  
quiera de los dos egercitos: y que el mayor mal  
de los males era la victoria en las guerras ci-  
viles; la qual temia yo aun en aquel vando, à  
que nos haviamos allegado. Porque amenaza-  
ban terriblemente à los que se havian estado  
quedados en sus casas: y tenian aborrecida por  
el cabo tu voluntad y mis pareceres. Yo te cer-  
tifico, que si los nuestros huvieran salido con  
la

valde intemperantes fuissent. Erant enim nobis perirati ; quasi quidquam de nostra salute decrevissemus , quod non idem illis censuissemus : aut quasi utilius reipublicae fuerit , eos etiam ad bestiarum auxilium confugere , quam vel emori , vel cum spe , si non optima , at aliqua tamen , vivere. At in perturbata republica vivimus. Quis negat ? Sed hoc viderint ii , qui nulla sibi subsidia ad omnes vitae status paraverunt. Huc enim ut venirem, superior longius , quam volui , fluxit oratio. Cum enim te semper magnum hominem duxi : tum quod his tempestatibus es prope solus in portu, fructusque doctrinae percipis eos , qui maximi sunt ; ut ea consideres , eaque tractes , quorum et usus et delectatio est omnibus istorum et actis et voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitae puto : libenterque omnibus omnes opes concesserim , ut mihi liceat , vi nulla interpellante , isto modo vivere. Quod nos quoque imitamur,  
ut

la victoria en esto de Africa , que huvieran sido mui perjudiciales. Porque estaban mui mal con nosotros ; como si nosotros huvieramos determinado alguna cosa de nuestras personas , sin aconsejarles à ellos que hiciesen lo mismo: ò como si fuera cosa mas util à la república acogerse ellos al favor de las bestias , que ò morir , ò à lo menos vivir con alguna esperanza , ya que no fuera la mejor del mundo. Pero vivimos en república perdida. Quién te lo niega ? Pero eso allá se lo hayan los que no tienen apercebidos reparos ningunos para todas las desgracias y estados de la vida. Porque para venir à esto , he estendido mis pasadas razones mas de lo que quisiera. Porque yo te he tenido siempre por hombre de mui gran valor: y aora especialmente viendo que en tan grandes tempestades y borrascas casi tú solo has tomado puerto , y gozas de aquel provecho de la doctrina , que es el mayor de todos ; pues contemplas y tratas cosas , cuya utilidad y contento es mas de preciar , que todos los hechos y regalo de estos. Yo te prometo , que esos dias que tú gozas en tu granja Tusculana , los tengo por una manera de verdadera vida : y que de buena gana dejaria yo todos los favores del mundo à trueque de poder vivir de esa manera , sin que nadie me desasosegase. Aunque ya yo tambien sigo , en quanto me es posible,  
esos



ut possumus ; et in nostris studiis libentissime conquiescimus. Quis enim hoc non dederit nobis , ut ( quum opera nostra patria sive non possit uti sive nolit ) ad eam vitam revertamur , quam multi docti homines ( fortasse non recte , sed tamen multi ) etiam reipublicae praeponendam putaverunt ? Quae igitur studia , magnorum hominum sententia , vacationem habent etiam publici muneris ; iis , concedente republica , cur non abutamur ? Sed plus facio quam Caninius mandavit. Is enim , si quid ego scirem , rogarat , quod tu nescires : ego tibi ea narro , quae tu melius scis , quam ipse qui narro. Faciam ergo illud quod rogatus sum ; ut eorum , quae temporis huius sint , (\*) quae tua interesse audiero , ne quid ignores. Vale.

AR-

(\*) Alii dumtaxat legunt : *quaeve audiero.*

*esos tus mismos pasos ; y de mi buena gana me retiro con mis libros. Porque quien nos ha de quitar esto, que (pues la república o no puede o no quiere servirse de nuestro trabajo) nos apliquemos a aquella manera de vida, la qual muchos hombres doctos ( aunque por ventura en quanto a esto no lo fueron, pero en fin muchos) la tuvieron por mejor y de mayor estima que el gobierno de la república? Y pues estos estudios, de parecer de hombres muy graves, tienen licencia de abstenerse del gobierno público; por qué no nos aplicaremos a ellos, dándonos libertad para ello la república? Pero ya excedo de lo que Caninio me dijo. Porque él me rogó, que yo te escribiese si algo sabía, que tú no lo supieses: y yo pongome a escribirte cosas, que tú te las sabes harto mejor que yo que te las escribo. Yo pues haré lo que me rogaron; y de solo aquello que a estos tiempos toque, y a ti te importe, viniendo a mi noticia, te daré aviso. Tén salud.*

Tom.III.

C

AR-

## ARGUMENTUM.

*Promiserat Varro Ciceroni se libros dicaturum : Cicero eum promissi admonet , mis-  
sis quatuor Academicarum quaestionum.*

Anno U. C. 708.

M. T. C. VARRONI.

VIII. **E**T si munus flagitare , quam-  
pulus quidem solet , nisi concitatus ; ta-  
men ego exspectatione promissi tui mo-  
veor , ut admoveam te , non ut fla-  
gitem. Misi autem ad te quatuor ad-  
monitores non nimis verecundos. No-  
sti enim profecto os eius adolescen-  
tioris Academiae. Ex ea igitur media  
excitatos misi , qui metuo ne te for-  
te flagitent : ego autem mandavi , ut  
rogarent. Exspectabam omnino iam diu,  
meque sustinebam , ne ad te prius ipse  
quid scriberem , quam aliquid accepissem,  
ut possem te remunerari quam simillimo  
munere. Sed quum tu tardius faceres , id  
est ( ut ego interpretor ) diligentius , te-  
neri non potui , quin coniunctionem stu-  
diorum amorisque nostri , quo possem  
li-

## ARGUMENTO.

Havia prometido Varron à Ciceron dirigirle cie-  
ra obra : acuerdale la promesa , embiandole los  
quatro libros Academicos.

Año de la fundacion de Roma 708.

M. T. C. A VARRON.

VIII. **A**unque ni aun el pueblo, sino quan-  
do está alborotado , no suele im-  
portunar por el don prometido , aunque el que  
lo dá haya dado muestras de tener gana de  
darlo ; con todo eso yo por el gran deséo que  
tengo de vér cumplida tu promesa , he querido  
hacertela acordar , pero no importunarte. Y  
para esto te he embiado quatro solicitadores  
no mui vergonzosos. Porque ya conoces la des-  
emboltura de la nueva Academia. De en me-  
dio de la qual te los embio , aunque temo que  
te serán importunos : porque yo les encomendé  
que te lo rogasen , pero que no te importuna-  
sen. Dias ha que yo estaba aguardando , y me  
iba entreteniendo , por no ganarte por la ma-  
no en el dirigirte alguna obra hasta haver re-  
cibido de tí alguna , para podertela remunerar  
con mui semejante galardón. Pero como tú tar-  
dabas en hacerlo , que es ( à lo que yo entien-  
do ) hacerlo con mayor curiosidad , no me pu-  
de mas detener en mostrar la conformidad de  
nuestros estudios y amor , en la mejor manera  
de

literarum genere declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, quum esset una Pomponius: tibi dedi partes Antiochinas, quas a te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis. Puto fore, ut quum legeris, mirere nos id locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus: sed nosti morem dialogorum. Post haec autem, mi Varro, quam plurima (si videbitur) et de nobis inter nos: sero fortasse: sed superiorum temporum fortuna reipublicae causam sustineat. Haec ipsi praestare debemus. Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis, haec inter nos studia exercere possemus. Quamquam tum quidem vel aliae quaequam rationes honestas nobis et curas et actiones darent: nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? Mihi vero cum his ipsis vix: his autem de tractis, ne vix quidem. Sed haec coram,  
et

*de letras que pudiese. He pues fingido una conversacion tratada entre nosotros en nuestra granja Cumana en presencia de nuestro amigo Pomponio: y hete dado à ti à defender las partes y opinion del filosofo Antioco, porque me parece que te agradaban y parecian buenas: y yo he tomado à defender la de Filon. Bien creo que quando los leas, te maravillarás de ver cómo tratamos alli entre nosotros cosas, que jamás las havemos tratado: pero ya tú sabes el uso de los dialogos. Y de oi mas, amigo Varron, (si bien te pareciere) trataremos muchas cosas entre nosotros tocantes à nosotros: bien veo que acudimos à ello por ventura algo tarde; pero la causa de no haverlo hecho hasta aqui, atribuyamosla al havernos empleado en servicio de la república. Mas ahora havemolo forzosamente de hacer. Pluguiera à Dios que pudieramos egercitar entre nosotros estos nuestros estudios en tiempos de paz y sosiego, y teniendo algun asiento la república, si no el mejor del mundo, à lo menos razonable y seguro. Aunque si eso fuera, otros negocios nos dieran ocupaciones honrosas y cuidados: pero estando las cosas como están, yo no hallo razon por donde hayamos de desear vivir sin ellos. Yo cierto aun con ellos apenas puedo entretener mi vida: y sin ellos, de ninguna manera. Pero de esto trataremos mas  
lar-*

et saepius. Migrationem et emtionem feliciter evenire volo : tuumque in ea re consilium probo. Cura ut valeas.

## ARGUMENTUM.

*Dolabella socero suo suadet, ut se vel cum Caesare coniungat, vel in otium se referat : quod idem Caelius suaserat lib. VIII. epist. XVI.*

Anno U. C. 705.

DOLABELLA M. T. C. S. D.

VIII. **S**I vales, gaudeo : et ipse valeo : et Tullia nostra recte valet. Terentia minus belle habuit : sed certum scio iam convaluisse eam. Praeterea rectissime sunt apud te omnia. Etsi nullo tempore in suspicionem tibi debui venire, partium causa potius quam tua, tibi suadere, ut te aut cum Caesare nobiscumque coniungeres, aut certe in otium referres : praecipue nunc iam inclinata victoria, ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, nisi in eam, in qua scilicet tibi suadere videar, quod pie tacere non possum. Tu autem, mi Cicero, sic haec accipies, ut sive probabuntur tibi sive non probabuntur, ab optimo certe animo

ac

*largamente quando nos veamos. Sea para bien la compra y la mudada : en lo qual me ha parecido bien ese tu consejo. Mira por tu salud.*

## ARGUMENTO.

Aconseja Dolabela à su suegro, ò que siga à Cesar, ò se muestre neutral : esto mismo le havia aconsejado Celio en la carta XVI. del lib. VIII. Año de la fundacion de Roma 705.

DOLABELLA M. T. C.

VIII. **S**I estás con salud, huelgo de ello : yo salud tengo : y tambien la tiene nuestra Tullia. Terencia ha estado algo mal dispuesta : pero tengo por entendido que ya está con salud. Todo lo demás está en buen estado en tu casa. Aunque jamás ha havido razon para que tú sospechases de mí, que mas por favorecer el vando que por tu propio bien te aconsejaba, que ò te juntases con Cesar y con nosotros, ò à lo menos te retirases donde estuvieses quieto : pero aora principalmente viendo ya declarada la victoria, no has de concebir de mí otra opinion sino ésta, que es entender de mí, que en tu negocio te aconsejo lo que, sin faltar al paternal respeto, no puedo dejar de decirtelo. Y tú, amado Ciceron, esto que yo te digere, lo has de tomar de manera, que ora te parezca bien ora de otra manera, entiendas, que yo con buen fin, y con una voluntad bien

su-

ac deditissimo tibi et cogitata et scripta esse iudices. Animadvertis Cn. Pompeium nec nominis sui, nec rerum gestarum gloria, neque etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum: et hoc etiam quod infimo cuique contingit, illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano, circumvallato nunc denique: quod nescio an ulli unquam nostro acciderit imperatori. Quam ob rem, quid aut ille sperare possit aut tu, animus adverte pro tua prudentia. Sic enim facillime, quod tibi utilissimum erit, consilii capies. Illud autem a te peto, ut si iam ille evitaverit hoc periculum, et se abdiderit in classem, tuis rebus consulas: et aliquando tibi potius, quam cuivis, sis amicus. Satisfactum est iam a te vel officio, vel familiaritati: satisfactum etiam partibus, et ei reipublicae quam tu probabas. Reliquum est, ubi nunc est reipublica, ibi simus potius, quam, dum illam veterem sequimur, simus in nulla. Quare velim, mi iucundissime Cicero, si forte Pompeius pulsus his quo-

sugeta à tu servicio lo he considerado y te lo he escrito. Ya ves como à Cnéo Pompeyo ni le asegura su nombre, ni la fama y gloria de sus hechos, ni los favores de los reyes y naciones, de quien él solia alabarse muchas veces: y que no tiene el recurso, que qualquier hombre de baja suerte padiera tener, que es huir y retirarse con honra, haviendole echado de Italia, haviendo perdido à toda España, haviendole tomado todo el egército de soldados viejos, y estando aora cercado en Durazo: que son cosas que jamás creo le han acaecido à ninguno de nuestros emperadores. Y así te suplico, que tú conforme à tu prudencia consideres, qué esperanza puede él tener ni tú tampoco. Porque de esa manera acertarás à tomar el consejo que mas à ti te cumpla. Lo que te suplico es, que si él se escapáre del peligro en que está, y se pusiere en su flota, que tú mires por tus cosas: y aprendas algun dia à ser mas amigo tuyo que de nadie. Ya tú has cumplido con lo que debias à tu obligacion y al amistad: y tambien has cumplido con lo que debias à tu vando, y à aquel modo de gobierno que mejor te parecia. Resta aora, que huelgues mas de ser de aquella parte en cuyo poder está la república, que no yendote trás de la otra, no estar en ninguna. Por lo qual querria, amado Ciceron, que si acaso Pompeyo echado tambien de

quoque locis, rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas, vel in quamvis quietam recipias civitatem. Quod si eris facturus, velim mihi scribas; ut ego, si ullo modo potero, ad te advolem. Quaecunque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Caesar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: et meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuae quoque fidei et humanitatis curare, ut is tabellarius quem ad te misi, reverti possit ad me, et a te mihi literas referat. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Inter Niciam et Vidium index in causa ( ut videtur ) pecuniaria constitutus, quod grammaticus Nicia erat, per iocum ad grammaticos adludit: etiam de P. Syllae morte iocose scribit. Anno U. C. 708.*

M. T. C. P. DOLABELLAE S. D.

X. **N**on sum ausus Salvio nostro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebam quid scriberem, nisi te a me mirabiliter amari; de quo, etiam nihil scribente me,  
te

*de aquí se fuere à otras tierras, que tú te retires ò à Atenas, ò à qualquiera otra ciudad pacífica. Lo qual si determinares de hacer, querría me lo escribieses; para que yo, si en alguna manera me fuere posible, vaya à verme contigo. Todo lo que buviere necesidad de recabar de Cesar en lo que à tu honra toque, segun es mucha su benignidad, tú mismo podrás muy facilmente recabarlo de él: y tambien entiendo, que mis ruegos tendrán para con él alguna autoridad. Lo que te suplico es, por lo que debes à tu fidelidad y humanidad, que procures que este mensagero que te embio, pueda bolver à mi con seguridad, y que me respondas con él. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Havia sido nombrado juez Dolabela entre Nicias y Vidio en una causa ( al parecer ) pecuniaria; alude con donaire à los gramaticos, porque era gramatico Nicias: tambien le escribe por modo de donaire de la muerte de Sila.  
Año de la fundacion de Roma 708.

M. T. C. A D O L A B E L A.

X. **P**or ser el mensagero nuestro Salvio no osé embiarlo sin carta mia para ti: aunque à la verdad no se me ofrecia que escribirte, sino es esto, que te amo entrañablemente; lo qual sin que yo te lo escriba, en-  
tien-

te non dubitare certo scio. Omnino mihi magis literae sunt exspectandae a te, quam a me tibi. Nihil enim Romae geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum et Vidium iudicem esse. Profert alter (ut opinor) duobus versiculis expensum Niciae: alter Aristarchus hos (\*) ὀβελίζει. Ego, tanquam criticus antiquus, iudicaturus sum, utrum sint (\*\*\*) τῶ ποιητοῦ, an (¶) παρεμβεβλημένοι. Puto te nunc dicere: Oblitusne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? et ingentium (¶¶) culinarum cum Sophia Septimiae? Quid ergo? tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant? Sed tamen suavissimum (†) συμβιώτω nostrum praestabo integellum: nec committam, ut si ego eum condemnato, tu restituas; ne habeat Bursa Plancus, apud quem literas discat. Sed quid ago? quum mihi sit incertum, tranquillo ne sis animo, an ut in bello, in aliqua maiuscula cura negotiove versere.

La-

(\*) i. e. Veru notat, iugulat, vel delet.

(\*\*) i. e. Poetae, sc. Homeri.

(¶) i. e. Inerti, interiecti, subditii, vel inculcati.

(¶¶) Alii squillarum, alii gallinarum, alii ciblearum legunt. (†) i. e. Conviviam, vel convivorem.

tiendo que lo tienes por mui cierto. Pero mas razon hai para que tú me escribas à mi, que no yo à ti. Porque ninguna cosa hai aora en Roma de nuevo, que yo pretenda que se te dé à ti nada por saberla: sino que acaso desees saber, como yo soi nombrado por juez entre nuestro amigo Nicias y Vidio. Vidio (à lo que entiendo) en dos renglones le hace deudor de cierta cantidad à Nicias: y Nicias como otro gramatico Aristarco dá por falsos aquellos dos versos. Y yo, como uno de los antiguos jueces que juzgaban de las obras de los poetas, he de dar sentencia, si aquellos versos ò renglones son verdaderamente del poeta, ò son añadidos. Bien creo me dirás, cómo te podrás olvidar de los bongos que comiste en casa de Nicias? y de los buenos guisados que te dió à comer Sofia la hija de Septimia? Y pues? tanto piensas tú que me he sacudido de mi antigua severidad, que siquiera en la judicatura no dé alguna muestra y señal de ella? Pero yo en fin miraré por el bien de aquel nuestro dulce compañero en los combites: y no daré lugar à que si yo le condenáre, tú lo restituyas; porque no tenga Planco Bursa otro restituído como él, con quien aprenda letras. Pero para qué donaires? especialmente no sabiendo si estás con el ánimo quieto, ò si como en guerra, estás ocupado en algun negocio que te dé cuidado. Pero

en

Labor longius. Quum igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Syllae morte, antequam certum scierit. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit. Satis putant se scire, quod sciunt. Ego caeteroqui animo aequo fero: unum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Tulliolae mortem, Dolabellae, etiam post divortium, significat: suos obtrectatores a Dolabella refutari vult, ab eodemque se amari.* Anno U. C. 708.

## M. T. C. DOLABELLAE.

XI. **V**EL meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quam eo casu, quo sum gravissime afflictus: quem ferrem certe moderatius, si te haberem. Nam et oratio tua prudens, et amor erga me singularis, multum levaret. Sed quum brevi tempore (ut opinio nostra est) te sum visurus, ita me affectum offendes, ut multum a te possim iuvari: non quo ita sim fractus,  
ut

*en fin paso adelante. Quando yo pues entienda que estás dispuesto para reírte, te escribiré mas largo. Esto quiero que entiendas, que el pueblo ha estado con mucho cuidado sobre la muerte de Publio Sila, hasta tener de ella nueva cierta. Pero ya que la tienen, nadie pregunta cómo ha sido su muerte. Sino que se tienen por contentos con saber de cierto que es muerto. Pero yo, quanto à lo demás, tomo el caso con paciencia: solamente temo, que las almoneadas de Cesar se resfriarán mucho. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Cuenta à Dolabela la muerte de Tulia, con quien ya havia hecho divorcio: quiere que confunda Dolabela à los que de él dicen, y que le ame mucho. Año de la fundacion de Roma 708.

## M. T. C. A DOLABELA.

XI. **M**As quisiera que por mi propia muerte huvieras dejado de recibir mis cartas, que por la causa que ha sucedido, la qual me tiene del todo afligido: y si tú estuvieras aqui presente, menos sintiera un tan triste caso. Porque tus razones tan discretas, y el singular amor que me tienes, me lo aliviára mucho. Pero pues (à lo que entiendo) nos veremos presto, ballarme has tan apasionado, que tendré harta necesidad de tu favor y consuelo: aunque no estoi tan derri-  
ba-



ut aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunae succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostra et suavitas, quae te praeter caeteros delectabat, erepta mihi omnis est; firmitatem tamen et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. Quod scribis, praelia te mea causa sustinere: non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, a te refutentur; quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo; ignoscasque brevitati literarum mearum. Nam et celeriter una futuros nos arbitror; et nondum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Dolabellae gratulatur de Baiarum salubritate, et orationem pro Deiotaro mittit.*

Anno U. C. 708.

M. T. C. DOLABELLAE.

XII. **G**Ratulor Baiis nostris, si quidem (ut scribis) salubres repente factae sunt: nisi forte te amant,  
et

*bado, que no me acuerde que soi hombre, ni entienda que tengo obligacion de mostrar rostro à la fortuna: pero de manera que aquella mi alegria y dulces ratos de conversacion, que à ti mas particularmente que à los demás daba gusto, todo se me ha ido; mas el esfuerzo y constancia de ánimo, si alguna en mi jamás ha havido, la misma hallarás en mi que dejaste. Quanto à lo que me escribes, que por mi respeto tienes contiendas con muchos: no se me dá tanto de que tú confundas à los que de mí dicen mal, si algunos hai; quanto deséo que se entienda, lo que bien claramente se entiende, es à saber, que tú me amas mucho. Y así te lo ruego muy encarecidamente que lo hagas; y perdones la brevedad de mi carta. Porque confio que nos veremos presto; y aun no estoi bien esforzado para poder escribir. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Dá el parabien à Dolabela de que le iba bien en los baños de Bayas, y le embia la oracion hecha en favor de Deiotaro.

Año de la fundacion de Roma 708.

M. T. C. A DOLABELA.

XII. **M**ucho contento me han dado nuestros amigos los baños de Bayas, pues (segun me escribes) tan repentinamente se han buuelto saludables: si ya no lo hacen por  
Tom.III. D el

et tibi assentantur, et tamdiu, dum tu ades, sunt oblitae sui. Quod quidem si ita est, minime miror, caelum etiam et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum; quod non putaram. Itaque eam tibi misi. Quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munerata. Tu velim animo sapienti fortisque sis, ut tua moderatio et gravitas (\*) aliorum infamet iniuriam. Vale.

#### ARGUMENTUM.

*Rogat ut Suberino et Planio reditum in patriam a Caesare impetret; eosque ita excusat, ut ostendat, casu quodam et necessitate coactos Pompeii partes in Hispania secutos esse.*

Anno U. C. 708.

M. T. C. DOLABELLAE S.

XIII. **C**Aius Suberinus Calenus, et meus est familiaris, et Lep-

(\*) Videl. Caesarianorum.

*el amor que te tienen, y quieren ganarte la voluntad, y mientras tú estás en ellos, ellos se olvidan de su naturaleza. Y si ello es así, no me maravillo de que el aire y las tierras, por lo que à ti te cumple, aplaquen su rigor. La oracioncilla hecha en favor del rei Deyotaro, que me pedias, la tenia en mi poder; aunque no lo sabia. Y así te la embio. Pero querria la leyeses con este presupuesto, que el negocio fué de poca importancia y tomo, y no mui digno de ponerse en escrito. Pero yo, como Deyotaro es mi huesped y amigo antiguo, quisele servir con ese presentillo mal tejido, y de hilo grueso, como los presentes que él suele embiar. Mucho querria que tengas un ánimo mui cuerdo y valeroso, para que tu modestia y gravedad saquen mentirosa la injuria que (\*) ciertas gentes te han hecho, y ellos queden corridos. Tén salud.*

#### ARGUMENTO.

*Ruegale recabe de Cesar que puedan bolver à Roma Suberino y Planio; y les excusa de manera, que manifesta, que por acaso y necesidad fueron forzados à seguir en España el vando de Pompeyo. Año de la fundacion de Roma 708.*

M. T. C. A DOLABELA.

XIII. **C**Ayo Suberino Caleno es familiar amigo mio, y mui grande amigo de

(\*) Esto es: los del vando de Cesar.

Leptae nostri familiarissimi pernecessarius. Is quum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varro-  
ne ante bellum, ut in ea provincia es-  
set, in qua nemo nostrum, post Afrani-  
um superatum, bellum fore putarati;  
incidit in ea ipsa mala, quae summo  
studio vitaverat. Oppressus est enim  
bello repentino: quod bellum, commo-  
tum a Scapula, ita postea confirmatum  
est a Pompeio, ut nulla ratione se ab  
illa miseria eripere posset. Eadem causa  
fere est M. Planii Heredis, qui est  
item Calenus, Leptae nostri familia-  
rissimus. Hosce igitur ambo tibi sic  
commendo, ut maiore cura, studio,  
solicitudine animi commendare non pos-  
sim. Volo ipsorum causa: meque in  
eo vehementer et amicitia movet et  
humanitas. Lepta vero quum ita la-  
boret, ut eius fortunae videantur in  
discrimen venire; non possum ego, non  
aut proxime atque ille, aut etiam ae-  
que laborare. Quapropter, etsi saepe  
expertus sum quantum me amares; ta-  
men sic velim tibi persuadeas, id me  
in hac re maxime iudicaturum. Pe-  
to igitur a te, vel si pateris, oro,  
ut

*de nuestro caro amigo Lepta. Este se havia i-  
do à España con Marco Varron antes de la  
guerra, por huir de ella, y estar retirado en a-  
quella provincia, donde despues que Afranio  
fué vencido, ninguno de nosotros jamás pre-  
tendió que havia de haver guerra; y allí dió  
en medio de los males, de que él tanto se ha-  
via guardado. Porque le saltó aquella guerra  
súbita: la qual la comenzó de mover Escápu-  
la, y despues la esforzó tanto Pompeyo, que  
él en ninguna manera se pudo librar de ella  
ni de su desgracia. Lo mismo casi le ha acae-  
cido à Marco Planio Heredero, que tambien  
es Caleno, y mui familiar de nuestro ami-  
go Lepta. Yo pues te los encomiendo à am-  
bos à dos con todo aquel cuidado, aficion, y  
congoja de ánimo, que à mí me es posible en-  
comendartelos. Porque por su propio respeto  
les deséo todo bien: para lo qual me mueve  
mucho el amistad y la comun humanidad. Y  
pues Lepta está tan apasionado por ellos, co-  
mo si su honra propia y estado le fuese; no  
puedo yo dejar de sentirlo casi tanto, ò tanto  
como él mismo. De manera, que aunque ya  
por otras muchas veces tengo hecha experien-  
cia del grande amor que me tienes; con todo  
eso querria tuvieses por cierto, que en esto lo  
echaré mucho de vér. Ruegote pues, y si me lo  
consientes decir así, te lo suplico, que libres  
de.*

ut homines miseros, et fortuna quam vitare nemo potest, magis quam culpa calamitosos, conserves incolumes: velisque, per te me hoc muneri cum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno quo-cum mihi magna necessitudo est, tum Leptae, quem omnibus (\*) antepono, dare. Quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. Res familiaris alteri eorum valde exigua est; alteri vix equestris. Quapropter quum his Caesar vitam sua liberalitate concessit, nec est quod iis praeterea magnopere possit adimi; reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. In quo nihil est praeter viam longam; quam idcirco non fugiunt, ut et vivant cum suis, et moriantur domi. Quod ut enitare contendasque, vel potius ut perficias, (posse enim te mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

(\*) Sc. Calenis.

AR-

*de tanta desventura à unos hombres tan desgraciados, y puestos en tanto trabajo, mas por culpa de la fortuna de quien nadie puede librarse, que por la suya propia: y tengas por bien, que yo con tu favor haga esta buena obra à ellos que son mis amigos, y al pueblo de Caleno que me tiene mui gran voluntad, y tambien à Lepta, al qual precio mas que à todos. Bien creo que esto que aora te quiero decir, no hace mucho al caso, pero no se perderà mucho en decirlo. El uno de ellos tiene mui corta hacienda; y el otro, apenas bastante para sustentarse el estado de cavallero. Y pues Cesar por su mui grande liberalidad les ha hecho merced de la vida, y fuera de esto no tienen mucho que perder; si tanto amor me tienes, como realmente me tienes, hazme merced de recabarles libertad para poder bolverse à sus casas. En lo qual ningun otro bien tienen sino un largo camino; el qual quieren padecer por venir à vivir entre los suyos, y morir en su tierra. Ruegote pues mui encarecidamente, que lo esfuerces y procures, ò por mejor decir, lo alcances: porque bien cierto estoi que puedes. Tén salud.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Laudat Dolabellam, quod columnam, quasi aram mortuo Caesari, ut deo, erectam e-  
verterit, et animadversione in eos qui con-  
tra libertatem tumultuabantur; usus fue-  
rit. Scripta paulo post necem Caesaris.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. DOLABELLAE CONSULI S.

XIII. **E**T si contentus eram, mi Do-  
labella, tua gloria; satis-  
que ex ea magnam laetitiam voluptatemque  
capiebam; tamen non possum non confi-  
teri, cumulari me maximo gaudio, quod  
vulgo hominum opinio socium me adscri-  
bat tuis laudibus. Neminem conveni (con-  
venio autem quotidie plurimos: sunt enim  
permulti optimi viri, qui valetudinis causa  
in haec loca veniant; praeterea ex municí-  
piis frequentes necessarii mei) quin omnes,  
quum te summis laudibus ad caelum ex-  
tulerunt, mihi continuo maximas gratias  
agant. Negant enim se dubitare, quin tu,  
meis praeceptis et consiliis obtemperans,  
praestantissimum te civem et singularem  
consulem praebeas. Quibus ego quan-  
quam verissime possum respondere, te,  
quae

## ARGUMENTO.

Alaba à Dolabela, porque havia derribado la co-  
luna, que como altar havian levantado à Cesar  
despues de su muerte, como si fuera un Dios,  
y que havia castigado à los que perturbaban la  
libertad. Escribióse esta carta poco despues de  
la muerte de Cesar.

Año de la fundacion de Roma 709.

M. T. C. A DOLABELA CONSUL.

XIII. **A**unque hasta aora me tenia por  
contento, amado Dolabela, con  
la honra que tenias; de que yo recibia mui  
grande alegria y singular contento; con todo  
eso no puedo dejar de confesarte, que se me ha  
acrecentado estrañamente el gozo; viendo que  
el vulgo de la gente me hace participante de  
tus alabanzas. No he topado con ninguno, (con  
topar cada dia con muchos: porque hai muchos  
hombres de valor, que vienen aqui por reparar  
su salud; y aun de los pueblos acuden aqui mu-  
chos de mis familiares) que despues de haver  
encumbrado tus hechos con alabanzas hasta el  
cielo, no me den à mi las gracias mui cumpli-  
damente. Pues dicen que tienen por cosa mui  
cierta y averiguada, que tú siguiendo mis pa-  
receres y consejos, haces un mui principal ciu-  
dadano y un consul singular. Y aunque yo les  
puedo responder con mui gran verdad, que to-  
do

quae facias , tuo iudicio et tua sponte facere , nec cuiusquam egere consilio ; tamen neque plane assentior , ne imminuam tuam laudem si omnis a meis consiliis profecta videatur , neque valde nego : sum enim avidior etiam , quam satis est , gloriae. Et tamen non alienum dignitate tua , quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum , habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem : mihi vero gloriosum , te iuvenem consulem florere laudibus , quasi alumnum disciplinae meae. L. quidem Caesar , quum ad eum aegrotum Neapolim venissem , quanquam erat oppressus totius corporis doloribus , tamen antequam me plane salutavit , O mi Cicero , inquit , gratulor tibi , quum tantum vales apud Dolabellam , quantum si ego apud sororis filium (\*) valerem , iam salvi esse possemus. Dolabellae vero tuo et gratulor et gratias ago : quem quidem , post te consulem , solum possumus vere consulem dicere. Deinde multa de facto ac de re gesta : tum nihil magnificentius ,

(\*) Sc. M. Antonium Dolabellae collegam in consulatu.

do quanto tú haces , lo haces de tu propio parecer y motivo ; y que no tienes necesidad de consejo de nadie ; con todo eso ni les digo llanamente que dicen verdad , por no quitar algun quilate à tu honra y alabanza si doi muestras que todo ha procedido de mis consejos , ni tampoco lo niego del todo : porque soi algo mas codicioso de honra de lo que seria menester. Aunque no te estará mal à tí ni à tu honra , lo que le estuvo bien à Agamenon rei de los reyes , que es tener algun Nestor con quien consultar tus cosas : y à mí me es mui honroso , que un hombre mozo como tú y consul florezca tanto en hechos dignos de alabanza , como una planta criada al regalo de mi doctrina. Yo te certifico que Lucio Cesar , viniendolo yo à visitar en su enfermedad en Napoles , con estar fatigado de dolor de todo el cuerpo , antes de darme la bien venida , me dijo estas palabras formales : O amigo Ciceron , cómo me alegro de que tengas tanta autoridad con Dolabela , quanta si yo la tuviese con el hijo de mi hermana , ya tendríamos entera libertad. Y à tu Dolabela le doi el parabien y las gracias : de quien podemos decir con verdad , que despues de tu consulado , solo él ha sido verdaderamente consul. Trás de esto dijo maravillas de aquel tu hecho y modo que tuviste en el hacerlo : diciendo que havia sido la cosa mas bien hecha,

nihil praeclarius actum unquam, nihil reipublicae salutarius. Atque haec una vox omnium est. A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hereditatem alienae gloriae sinas cernere: meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiari. Quamquam, mi Dolabella, (haec enim iocatus sum) libentius omnes meas, si modo sunt aliquae meae, laudes ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. Nam, cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti: tum his tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi (ut scis) M. Brutum, propter eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam: tamen idibus Martiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatam etiam videbatur.

Quis

cha, la mas illustre, y la mas conveniente à la república que jamás se havia hecho. Y esta es la comun voz y fama pública. Yo te ruego que tengas por bien, que yo esté puesto en posesion de esta fingida herencia de honra agena: y que permitas que yo tenga alguna porcion en la compañía de tus alabanzas. Aunque, amado Dolabela, (pues esto lo digo como por manera de donaire) de mejor gana pondria yo en tí todas mis alabanzas, si algunas tengo, que te despojaria de ninguna parte de las tuyas. Porque siempre yo te he tenido aquel amor que tú has podido entender: y particularmente aora con esos tus hechos tan heroicos me he encendido tanto en él, que no creo que jamás haya havido aficion mas encendida que la que yo te tengo. Porque no hai (creeme) cosa mas linda ni mas hermosa que la virtud, ni cosa que mas atraiga à sí el amor. Ya tú sabes el amor que yo he tenido siempre à Marco Bruto por su singular habilidad y dulce trato, y tambien por su entera bondad y firme constancia: pero el dia de la muerte de Cesar (\*) creció tanto en mi el aficion que yo le tenia, que me quedé atónito de ver que huviese havido en mi ánimo lugar de tanto aumento en una cosa, que à mi parecer ya dias que havia llegado à todo lo sumo que podia.

(\*) Esto es, el dia quince de Marco.

Quis erat qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Quare quid est quod ego te hortor, ut dignitati et gloriae servias? Proponam tibi claros viros, quod facere solent qui hortantur? neminem habeo clariorem, quam te ipsum. Te imitere oportet; tecum ipse certes. Ne licet quidem tibi iam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod quum ita sit, hortatio non est necessaria: gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis, non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset, et cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuae: sed contigit magnitudine cum animi, tum etiam ingenii atque consilii. Legi enim concionem tuam: nihil illa sapientius.

Ita

dia. *Quién pensara jamás, que el amor que yo te tenia podía subir de punto? y ha subido tanto, que me parece que lo de aora es amarte, y que lo de hasta aquí no era mas de tenerte una buena voluntad. De manera que no hai para que yo te encargue, que tengas cuenta con tu honra y dignidad. Porque si te quiero poner delante egemplos de varones ilustres, lo qual suelen hacer los que exortan; qué otro varon ballaré yo, que sea mas ilustre que tú? A tí mismo conviene que imites; y compitas contigo mismo. Porque haviendo ya tú hecho obras tan heroicas, no está ya en tu mano dejar de parecer à tí mismo. Y pues esto es así, no hai necesidad de animarte: sino antes la hai de darte el parabien. Porque te ha sucedido lo que no sé si jamás ha sucedido à ningun otro, que el haver usado de extremo rigor en el castigar aquel atrevimiento, no solamente no te ha causado odio ni mala voluntad con el pueblo, sino que à todo el pueblo le ha parecido muy bien y caído en gracia, así à los buenos, como à los mas bajos del pueblo. Lo qual si acaso te huviera sucedido, huviera yo dado el parabien de ello à tu ventura: pero no ha sucedido sino por la grandeza así de tu ánimo, como de tu habilidad y buen consejo. Porque yo he leído la oracion que hiciste al pueblo: que es la cosa mas discreta del mundo. Tan*

re-



Ita pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret. Liberasti igitur et urbem periculo, et civitatem metu: neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti; sed etiam ad exemplum facti. Intelligere debes, in te positam esse rempublicam; tibi que non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, ut spero. Tu, quoniam rempublicam nosque conservas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias. Vale.

*recatadamente y con tanto tiento acudias de tu persona al caso, y bolvias del caso a tu persona, que todos juzgaron por cosa importante y necesaria, que tú brevemente castigases a los que havian sido tan atrevidos. Y así librate a la ciudad de peligro, y al gobierno de temor: y no solamente has sido causa de un gran bien para el presente estado; pero aun has dado muy buen ejemplo para lo venidero. Por lo qual es bien que entiendas, que toda la república depende de tí; y que tienes obligacion de no solamente amparar, pero aun de honrar a aquellos ilustres varones, que han sido el principio y origen de nuestra libertad. Pero de esto en tu presencia antes de mucho (como confio) trataré mas largo. Y pues tú con tanta vigilancia miras por nuestra conservacion y por la de la república, procura, amado Dolabella, de poner tambien mucha custodia y diligencia en guardar tu persona. Tén salud.*

## ARGUMENTUM.

*Duabus epistolis respondet : priori , de valetudine , et illius in se amore , ac iucunditate : alteri , nihil referre utrum Romae sit an Neapoli , quum Romae unius nutu regantur omnia. Scripta paulo ante quam Caesar ad Hispaniense bellum exiret.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. PAETOS.

XV. **D**uabus tuis epistolis respondebo : uni , quam triduo ante acceperam a Zetho ; alteri , quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi , pergratam tibi esse curam meam valetudinis tuae : quam tibi perspectam esse gaudeo. Sed mihi crede , non perinde , ut est reapse , ex literis perspicere potuisti. Nam quum a satis multis ( non enim possum aliter dicere ) et coli me videam et diligi ; nemo est illorum omnium mihi te iucundior. Nam quod me amas , quod id et iam pridem et constanter facis , est id quidem magnum , atque haud scio an maximum : sed tibi commune cum multis. Quod tu ipse tam amandus es,

tam-

## ARGUMENTO.

Responde à dos cartas : à la primera , sobre su salud , el amor que le tenia , y lo que de ello se holgaba : à la segunda , que importaba mui poco residir en Roma ò en Napoles , pues que en Roma todo se gobierna por la voluntad de uno solo. Escribióse esta carta poco antes de que Cesar partiese para la guerra de España.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A P E T O .

XV. **A** Dos cartas tuyas debo respuesta: la una recibí havrá tres dias de mano de Zeto ; y la otra me trujo el correo Filero. Por la primera me escribes , quan gran gusto te dá el cuidado que yo tengo de tu salud : el qual huelgo lo tengas bien por entendido. Aunque yo te certifico , que no lo puedes entender por carta tan por entero , como yo lo tengo por la obra. Porque aunque entiendo que son hartos los que me honran y aman , ( porque no lo puedo decir por otro término ) ninguno hai en todos ellos , de quien yo mas guste que de ti. Porque el ver que me tienes grande amor , y que ya ha mucho tiempo que lo haces , y perseveras en hacerlo con mucha firmeza y constancia , es una cosa importante , y aun no sé si la mas importante de todas : pero es cosa que tambien la hacen otros muchos. Mas el tener tú tantas partes para merecer ser

E 2

ama-

tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id est proprie tuum. Accedunt non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. Ego autem (existimes licet quod lubet) mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, praesertim quum eas videam primum (\*) oblitus Latio tum quum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam braccatis et transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaque te quum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, (vere ut dicam) Crassos quoque, et Laelios videre videor. Moriari, si praeter te, quemquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festivitatis agnoscere. Ad hos lepores quum amor erga me tantus accedat, miraris, me tanta perturbatione valetudinis tuae tam graviter exanimatum fuisse?

Quod

(\*) i. e. Inquinatas ac maculatas Latinorum municipum sermone atque formulis. Ab oblinor. Cellar.

amado, y el ser tú de un trato tan dulce, y tan gustoso en toda manera de buena conversacion, eso es cosa propia tuya. Hai demás de ésta, otra razon para que yo te quiera mucho, que son tus muchos donaires y gracias verdaderamente Romanas y antiguas, que aunque no son de aquellas de Atenas, son muy cortesanas, y muy mas sabrosas que aquellas. Y yo (tomalo à la parte que quisieres) gusto mas que de todo lo del mundo de donaires, especialmente de los que son propios nuestros; y mayormente quando veo, que primeramente nos los enlodaron los Latinos quando en nuestra ciudad se mezcló la gente forastera, y aora nos los han acabado de poner de lodo los Franceses que calzan bragas, y las naciones transalpinas, de tal manera, que ya no nos queda ni aun un rastro de aquella sal y gracias de nuestros pasados. Y así quando te oigo hablar, me parece que oigo (hablando de veras) à todos aquellos Granios, Lucilios, Crasos, y Lelios. No viva yo, si fuera de tí hallo otro, en quien pueda echar de vér alguna muestra y retrato de aquella muestra antigua y natural cortesania. Juntandose pues con estos tan sabrosos gustos aquel amor tan grande que me tienes, de qué te maravillas de que yo me haya alterado tanto por una tan grande quiebra en tu salud?

Quan-

Quod autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emtionis Neapolitanae fuisse, sed auctorem commorationis urbanae; neque ego aliter accepi. Intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere. Catulum mihi naras, et illa tempora. Quid simile? Ne mihi quidem ipsi tunc placebat diutius abesse ab reipublicae custodia. Sedebamus enim in puppi, et clavum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. An minus multa senatus-consulta futura putas, si ego sim Neapoli? Romae quum sum, et urgeo forum, senatus-consulta scribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum. Et quidem, quum in mentem venit, ponor ad scribendum: et ante audio senatus-consultum in Armeniam et Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque hoc nolim me iocari putes. Nam mihi scito iam

Quanto à la disculpa que en la segunda carta me dás, diciendo, que tú no me desaconsejaste el comprar la casa en Napoles, sino que me diste por consejo que me estuviese quedo en Roma; yo tambien lo entendí de esa manera. Pero entendí por aquella carta, lo mismo que entiendo tambien por ésta, que tú tienes por cierto, que yo no podré descabullirme ni desenredarme de las cosas de Roma, como yo pensaba, no solamente sacudiendome de ellas del todo, pero ni aun en parte. Y traesme por exemplo à Catulo, y à los demás de aquel tiempo. Qué tiene que ver esto con aquello? Entonces ni aun à mí no me daba gusto el estar mucho tiempo fuera del hacer centinela à la república. Porque estabamos entonces en popa, y teniamos la mano en el timon: pero aora apenas hai para nosotros lugar en la sentina. Piensas tú, que por estar yo en Napoles se harán menos estatutos en el senado? Con estar yo en Roma, y frequentar las audiencias, se hacen estatutos en casa de Cesar tu amigo, y familiar mio. Y quando le parece, asienta que yo me hallé en el firmarlos: y antes entiendo que ha bolado el estatuto à Armenia y à Siria, hecho conforme à mi parecer segun ellos dicen, que entienda haverse hecho mencion ninguna de tal estatuto. No querria que pensases que esto lo escribo por donaire. Yo te ase-

gu-

iam a regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia reges appellaverim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Quid ergo est? Tamen quamdiu hic erit noster hic (\*) praefectus moribus, parebo auctoritati tuae. Quum vero aberit, ad fungos me tuos conferam. Domum (\*\*\*) si habebo, in denos dies, singulos sumptuariae legis dies conferam. Sin autem minus invenero quod placeat, decrevi habitare apud te. Scio enim me nihil tibi gratius facere posse. Domum Syllanam desperabam iam, ut tibi proxime scripsi: sed tamen non abiici. Tu velim, ut scribis, cum fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitii, caetera mihi probabuntur. Vale.

AR-

(\*) Videlicet, Caesar, quem senatus moribus in triennium praefecerat.

(\*\*) Sc. Neapoli.

guro, que reyes de allá de encabo el mundo me han escrito cartas, dandome las gracias de que yo con mi parecer y voto los havia llamado reyes: los quales yo no solamente no sabia que los huviesen llamado reyes, pero ni aun si eran nacidos en el mundo. Qué se ha de hacer pues? Mientras aqui estuviere este nuestro maestro de costumbres, haré lo que me aconsejas. Mas en irse de aqui, luego bolaré a comer de tus hongos. Si tuviere casa, gastaré en diez dias lo que la pragmática de los gastos dá licencia de gastar en uno. Y sino halláre aposento que me agrade, tengo determinado de echarme en tu casa. Porque entiendo, que el mayor placer que te podré hacer es éste. Ya tenia perdida la esperanza de comprar la casa de Sila, como por esta postrera carta te escribí: pero en fin no la he perdido del todo. Mucho querria la hicieses reconocer a oficiales, como me lo escribes. Porque si las paredes y cubiertos están seguros, en lo demás bien me parecerá. Tén salud.

AR-

## ARGUMENTUM.

*Ostendit nihil a se praetermissum in Caesarianorum concilianda sibi benevolentia; nec boni civis aut sapientis hominis officium in se desiderari posse: tandem ad Paeti iocaciones respondet.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. PAPIRIO PAETO S.

XVI. **D**electarunt me tuae literae: in quibus primum amavi amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit, verentem ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset: de quo et tu mihi antea scripseras, bis quidem eodem exemplo, facile ut intelligerem te esse commotum; et ego tibi accurate rescripseram, ut quoquo modo, in tali re atque tempore aut liberarem te ista cura, aut certe leverem. Sed quum proximis quoque literis ostendis, quantae tibi curae sit ea res; sic, mi Paete, habeto: quidquid arte fieri potuerit, (non enim iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est) sed tamen quidquid elaborari aut effici potuerit ad istorum be-

## ARGUMENTO.

Manifiesta que no ha omitido diligencia para conciliarse la benevolencia de los del vando de Cesar; ni que puede echarse menos en él el oficio de sabio y buen ciudadano: ultimamente responde à las burlas de Peto.

Año de la fundacion de Roma 707.

M. T. C. A PAPIRIO P E T O .

XVI. **T**U carta me ha dado gran contento: en la qual sobre todo he preciado mucho aquel amor que me muestras tener, el qual te movió à escribirme, temiendo que Silio con aquellas nuevas me havria puesto en algun cuidado: aunque ya sobre ello me havias tú escrito una carta duplicada, de tal manera; que eché bien de ver lo mucho que te havias alterado; y yo tambien te respondí con la mayor curiosidad que pude, para librarte de ese cuidado, ó à lo menos aliviartelo de la manera que mejor pudiese en semejante caso y tiempo. Pero pues aun en esta postrera carta me significas el mucho cuidado y pena que este negocio te dá; tén esto por cierto, amigo Peto: que todo lo que con maña se ha podido hacer, (porque ya no basta el consejo para regirnos: sino que havemos de buscar nuevas invenciones y artificios) pero en fin todo lo que se ha podido procurar y hacer para ganarles à estos  
la

benevolentiam conciliandam et colligendam, summo studio me consecutum esse: nec frustra, ut arbitror. Sic enim color, sic observor ab omnibus his qui a Caesare diliguntur, ut ab his me amari putem. Nam etsi non facile diiudicatur amor verus et fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspicui possit; caetera sunt signa communia: sed ego uno utor argumento quam ob rem me ex animo vereque arbitrer diligere, quia et nostra fortuna ea est, et illorum, ut simulandi causa non sit. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video quod timeam; nisi quod omnia sunt incerta, quum a iure discessum est: nec (\*) praestari quidquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen eius ipsius nulla re a me offensus est animus. Est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio. Ut enim olim arbitraber esse meum libere loqui,

(\*) MS. praesciri.

la boca y voluntad, lo he alcanzado ya con mucha diligencia: y à lo que entiendo, no sin gran fruto. Porque los que Cesar ama, tienen tanta cuenta conmigo, y me tienen tanto respeto, que tengo por cierto que me tienen amor. Porque aunque con mucha dificultad se puede discernir el amor verdadero del fingido, sino es ofreciendose tal ocasion, que asi como en el fuego se prueba qual es el fino oro, asi tambien en algun peligro se prueba qual es el verdadero y fiel amor; y todos los demás indicios son comunes del verdadero y del fingido: con todo eso yo tengo este indicio por muy cierto, para creer que me aman de veras y de corazon, que nuestra fortuna està tan postrada, y la suya de ellos tan próspera y levantada, que no hai razon para haver de fingir amor. Pues de parte del que todo lo tiene en su mano, no veo que haya razon por qué haverme de recelar de cosa ninguna, sino de ésta; que el dia que la justicia padece quiebra y fuerza, no hai cosa segura: ni puede nadie asegurar cosa ninguna cómo sucederá, quando toda ella depende de agena voluntad, ó por mejor decir antojo. Pero con todo eso basta aora yo no he hecho cosa por que deba quedar desabrida su voluntad. Porque en eso me he desvelado todo lo posible. Porque asi como otro tiempo me parecia à mi que tocaba à mi obligacion el hablar

cuius opera esset in civitate libertas; sic, ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendar aut illius, aut eorum qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem, fama ingenii mihi est abiicienda. Quod si id possem, non recusarem. Sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium. Et ut Servius frater tuus (quem literatissimum fuisse iudico) facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est, quod tritas aures haberet notandis generibus poetarum, ex consuetudine legendi; sic audio Caesarem, quum volumina iam confecerit (\*) ἀποφθεγμάτων, si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere: quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multae quae fortasse illis, quum dixi, nec illiterata nec insulsa esse videantur. Haec ad illum cum reliquis actis perferuntur: ita.

(\*) i. e. Sententiarum brevium et acutarum; si-  
ve: salte dictorum a multis.

blar con libertad, pues con mi industria la ciudad estaba libre; así también ahora, perdida la libertad, entiendo que toca à mi obligación no decir cosa ninguna que ofenda la voluntad de Cesar, ò la de aquellos à quien él les tiene amor. Pero si quiero guardarme de usar de algunas cosas dichas aguda y discretamente, he de aconortarme de perder toda la fama y nombre que tengo de avisado. Lo qual haria, si estuviese en mi mano. Aunque el mismo Cesar tiene muy agudo juicio. Y así como tu hermano Servio (el qual me parece à mí que fué de los mas doctos que ha havido) digera con facilidad, este verso no es de Plauto; aquel es, porque tenia ya el oído muy delicado en advertir y notar las diferencias de las poesias con el mucho uso de la lición; así entiendo también, que Cesar, que tiene ya hecho un libro de muy agudos dichos, que llaman los Griegos apoftegmas, quando le traen por mio algun dicho que no es mio, lo suele luego desechar: y tiene para ello ahora mejor comodidad, porque casi de ordinario están conmigo sus mas familiares amigos. Y como son largas nuestras conversaciones, ofrecenos tratar en ellas diferentes cosas; las quales, quando se las digo, les parecen por ventura cosas no nada rudas ni desabridamente dichas. De todo esto se le dá noticia à Cesar, como de todo lo demás que



ita enim ipse mandavit. Sic fit , ut si quid praeterea de me audiat , non audiendum putet. Quam ob rem Enomao tuo nihil utor : etsi posuisti loco versus Accianos. Sed quae est invidia ? aut quid mihi nunc invideri potest ? Verum fac esse omnia. Sic video philosophis placuisse iis , qui mihi soli videntur vim virtutis tenere , Nihil esse sapientis praestare , nisi culpam ; qua mihi videor dupliciter carere : et quod ea senserim , quae rectissima fuerunt ; et quia quum viderem praesidii non satis esse ad ea obtinenda , viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni civis certe non sum reprehendus. Reliquum est , ne quid stulte , ne quid temere dicam aut faciam contra potentes. Id quoque putato esse sapientis. Caetera vero , quid quisque me dixisse dicat , aut quo modo ille accipiat , aut qua fide me-

que pasa : porque él lo tiene así mandado. De do procede , que si fuera de esto le dicen de mí alguna cosa , no la quiere escuchar. Y así no tengo necesidad de valerme de aquel ejemplo que me traes del Enomao de Accio : aunque trugiste sus versos muy à proposito. Pero qué mal querencia me puede redundar de allí à mí ? ò en qué puede nadie tenerme embidia ? Pero quiero que todo lo que tú temes suceda así. Yo veo que así lo entendieron los filosofos , los quales solos me parece à mí que entienden el valor de la virtud , Que el hombre sabio no tiene obligacion de asegurarse de otra cosa , sino de no cometer culpa ; de la qual me parece que carezco por dos razones : la una es , haver yo aconsejado lo que era lo mejor y mas justo ; la otra , el haver aconsejado que no peleasemos à brazos con los mas valientes , porque veía que no teníamos fuerzas bastantes para salir con nuestra intencion. De manera , que en lo que toca al hacer officio de buen ciudadano , no tienen de que darme culpa. Resta aora el vér no se me escape necia y temerariamente alguna cosa de la boca , ò no haga algo de que se ofendan los que tienen el poder. Esto me parece tambien que es hecho de hombre sabio. Pero estar en lo demás con recelo , de qué es lo que cada uno le dirá à Cesar que yo he dicho , ò cómo lo tomará él , ò quán fiel vo-

mecum vivant ii, qui me assidue colunt et observant, praestare non possum. Ita fit, ut et consiliorum superiorum conscientia, et praesentis temporis moderatione me consoler: et illam Accii similitudinem, non modo iam ad invidiam, sed ad fortunam transferam; quam existimo levem et imbecillam, ab animo firmo et gravi, tanquam fluctum a saxo, frangi oportere. Etenim quum plena sint monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis, quum servientibus suis civitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi; ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neque offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam?

Nunc venio ad iocationes tuas: quum tu secundum OEnomaum Accii, non ut olim solebat, Atellanum; sed ut nunc fit, mimum introduxisti. Quem tu mihi (\*) popilium, quem denarium narras? quam (\*\*) tyrotarichi patinam? Fa-

(\*) Alii: *pompiliun*. Alii: *pompilum*. Alii: *populum* habent.

(\*\*) *Tyrotarichi*, edulii genus ex caseo et salsa-mentis confectum: nam τυρός, caseus, τάρικος sal-samentum.

*luntad me tengan los que viven conmigo, los quales continuamente me honran y tienen respeto, eso yo no lo puedo asegurar. De aqui procede, que la buena conciencia de mis consejos pasados, y el recato con que el dia de oi vivo, me dán mui gran consuelo: y aquella comparacion que tú me traes de Accio, no solamente la aplico yo à la embidia, pero aun tambien à la fortuna; à la qual, por ser una cosa flaca y liviana, me parece à mi que un ánimo grave y valeroso le ha de resistir y hacer rostro, como una firme roca à una ola fragil. Y pues están llenas las historias de los Griegos de egemplos que nos dicen, con quánta paciencia en Atenas y aun en Zaragoza de Sicilia hombres mui sabios sufrieron los reinos, y estando sus pueblos oprimidos con áspera servidumbre, ellos en cierta manera vivieron en libertad; por qué no pretenderé yo tambien de poder conservar mi estado de esta misma manera, no desabriendo la voluntad de nadie, ni tampoco abatiendo mi autoridad?*

*Vengo aora à tus burlas y donaires: pues tú me has alegado los versos del Enomao de Accio, y no por modo de la representacion Atelana como otro tiempo se solia hacer; sino por modo de representacion de momo, como oi dia se hace. Quál popilio, ò qué real es ese que me escribes? ò qué platillo de salsa de queso?*

Facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. Puto enim te audisse (si forte ad vos omnia referuntur) illos apud me declamitare, me apud eos coenitare. Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil est. Tum enim quum rem habebas, (\*) quaestivulis te faciebam attentiores: nunc quum tam aequo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut quum me hospitio recipias, aestimationem te aliquam putes accipere. Etiam haec levior est plaga ab amico, quam a debitore. Nec tamen eas coenas quaero, ut magnae reliquiae fiant: quod erit, magnificum sit et lautum. Memini te mihi Phameae coenam narrare. Temperius fiat: caetera eodem modo. Quod si perseveras me ad matris tuae coenam revocare, feram id quoque. Volo enim videre animum, qui

(\*) Alii: quaestivulis. Sed, ut opinor, minus recte. Sensus est: attentiores te vel ad minimos quaestus faciebam.

Esas poquedades aceptabalas yo hasta aqui con mi benignidad: pero aora ya me he mudado de condicion. Porque Hircio y Dolabela son mis discipulos en el bien decir, y mis maestros en el darme bien de comer. Porque (si de todo lo que aqui pasa teneis nuevas ai) bien creo havrás entendido, que yo los tengo en mi casa por combidados para hacer declamaciones, y ellos à mi en las suyas para darme mui buenas comidas. Ni tienes para que escusarteme, con hacerme juramento que no tienes con que combidarme. Porque si quando tenias hacienda, te hacia yo andar alerta como aborrarias algunos provechuelos: aora que veo que con tanta paciencia tomas el ver perderse tu hacienda, no has de hacer cuenta, que tenerme por huesped. es cobrar una deuda con posesiones apreciadas. Porque menor daño es el que se recibe por combidar à un amigo, que el que por tomar aprecios del deudor. Aunque no te pido yo cenas tan costosas, que los relieves de ellas valgan mucho. Yo me tendré por contento con que lo que fuere, sea bueno y bien aparejado. Que ya yo me acuerdo de quando me contabas de las comidas de casa de Famea. Vaya el negocio à mejor sazon: en lo demás vaya de la misma manera. Y si perseveras en combidarme à la cena de tu madre, tambien lo tomaré con paciencia. Porque quiero ver si tendrás

qui mihi audeat ista quae scribis apponere ; aut etiam polypum Miniani Iovis similem. Mihi crede : non audebis. Ante meum adventum fama ad te de mea nova lautitia veniet ; eam extimesces. Neque est , quod (\*) in promulside spei ponas aliquid : quam totam sustuli. Solebam enim antea delectari oleis et lucanicis tuis. Sed quid haec loquimur ? liceat modo (\*\*) isto venire. Tu vero ( volo enim abstergere animi tui metum ) ad tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum summum afferam , quod balneum calfacias oportebit ; caetera more nostro : superiora illa lusimus. De villa Seliciana et curasti diligenter , et scripsisti facetissime. Itaque puto me praetermissurum. Salis enim satis est , sannionum parum. Vale.

AR-

(\*) Aprileus potum ex aqua et melle pro parte prima coenae accipit , quae antecoenae , antecoenium , et promulsis dicebatur.

(\*\*) Scil. Neapolim , ubi tu es.

drás ánimo , para darme de cenar eso que me escribes ; ó si osarás darme à comer un pulpo que sea como aquel Júpiter de color de bermellon. Yo te prometo , que no has de osar ponerme esas poquedades. Porque antes que yo llegue à tu casa , llegará la fama de mi nueva vida y regalo ; que te pondrá espanto. No tienes ya que poner tu esperanza en el agua miel : porque ya la he renunciado. Porque hasta aquí solíame yo contentar con tus aceitunas y longanizas. Pero à qué fin todo esto ? especialmente no sabiendo si tendré lugar de ir allá. Pero ( no quiero espantarte ) bolvamos à nuestros platillos de salsa de queso. Solo un gasto nuevo te echaré , que me havrás de tener caliente el baño : lo demás al uso acostumbrado : que lo de arriba burlando lo he dicho. Lo que toca à la granja de Selicio lo has procurado con mucha diligencia , y escrito con mui gracioso donaire. Y así hago cuenta de no hablar mas en ello. Porque el lugar es harto deleitoso , pero es mui solitario. Tén salud.

AR-

## ARGUMENTUM.

*Caesar militibus agros divisurus dicebatur. Metuenti Paeto, ne divisio ad suos agros perveniat, idque quaerenti, Cicero respondet. Anno U. C. 707.*

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO S.

XVII. **N**ON tu homo ridiculus es, qui, quum Balbus noster apud te fuerit, ex me quaeras, quid de istis municipiis et agris futurum putem? quasi aut ego quidquam sciam, quod iste nesciat; aut si quid aliquando scio, non ex isto soleam scire. Immo vero, si me amas, tu fac ut sciam, quid de nobis futurum sit. Habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses. Sed ego ista, mi Paete, non quaero: primum, quia de lucro prope iam quadriennium vivimus; si aut hoc lucrum est, aut haec vita, superstitem reipublicae vivere: deinde, quod scire quoque mihi videor quid futurum sit. Fiet enim quodcunque volent qui valebunt: valebunt autem semper arma. Satis igitur nobis esse debet quidquid conceditur. Hoc si quis pa-

## ARGUMENTO.

Deciase que Cesar haria repartimiento de las haciendas ajenas a sus soldados. Responde Ciceron a Peto, el qual le havia escrito sobre ello, y temia no fueran comprehendidas tambien las suyas en este repartimiento.

*Año de la fundacion de Roma 707.*

M. T. C. A L. PAPIRIO PETO.

XVII. **E**L mas donoso hombre eres del mundo, que haviendo tú tenido por huesped a Balbo, me preguntas a mí, qué entiendo que ha de ser de esos pueblos y terminos? como si yo supiese algo, que Balbo no lo sepa; o como si yo alguna vez tengo noticia de algo, no fuese por orden de él. Antes, si bien me quieres, avisame qué es lo que ha de ser de nosotros. Porque has tenido en tu casa persona de quien lo puedes haver entendido, ora estando en buen seso, ora despues de bien bebido. Pero yo, amigo Peto, no hago ya caso de todo eso: porque quanto a lo primero, ya ha quatro años casi que vivimos de gracia; si se puede decir vivir de gracia el sobrevivir a la república: demás de esto, porque me parece que entiendo lo que ha de suceder. Porque sucederá siempre lo que quisieren los que mas pueden: y siempre podrán mas las armas. Contentemonos pues con lo que nos dejan. Y el que es-

pati non potuit, mori debuit. Veientem quidem agrum, et Capenam metuntur. Hic non longe abest a Tusculano. Nihil tamen timeo: fruar, dum licet; opto, ut semper liceat. Si id minus contigerit; tamen, quando ego vir fortis idemque philosophus vivere pulcherrimum duxi, non possum eum non diligere, cuius beneficio id consecutus sum. Qui si cupiat esse rempublicam, qualem fortasse et ille vult, et omnes optare debemus; quid faciat, tamen non habet: ita se cum multis colligavit. Sed longius progredior: scribo enim ad te. Hoc tamen scito, non modo me qui consiliis non intersum, sed ne ipsum quidem principem scire quid futurum sit. Nos enim illi servimus: ipse temporibus. Ita nec ille, quid tempora postulatura sint; nec nos, quid ille cogitet, scire possumus. Haec tibi antea non rescripsi: non quod cessator esse solerem, praesertim in literis; sed quod explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adscribam, quod est verissimum: me his temporibus adhuc de

*esto no puede tolerar, havia de procurar de morir. Ya andan repartiendo el término de Veya, y tambien el de Capéna. Este bien cerca está del término de Túsculo. Y con todo eso ningun temor tengo: sino que gozo de mi granja, mientras puedo; y deséo poder siempre gozarla. Y si no pudiere; pues yo hombre valeroso y filosofo tuve por bueno el vivir, no puedo dejar de amar à aquel, que me hizo tan buena obra que no me quitó la vida. Porque Cesar se ha enredado con tantos, que aunque desée que la república esté en el estado que él por ventura quiere, y todos tenemos obligacion de desear, con todo eso no lo puede remediar. Pero mucho me alargo: porque te escribo à ti. Mas tén esto por cierto, que no solamente yo que no entro en sus consejos, pero ni aun el principe mismo no sabe qué es lo que ha de suceder. Porque nosotros estamos sugetos à él: y él à las necesidades. Y asi ni él puede saber à qué le obligarán las necesidades; ni nosotros tampoco sus intentos. Hasta aora no te he escrito nada de esto: no porque yo de mio sea perezoso, especialmente en el escribir; sino que como no tenia cosa cierta, ni te queria poner en cuidado con mi perplexidad, ni tampoco darte con mis palabras ninguna seguridad. Pero decirte he una cosa, que es mui gran verdad: que yo hasta aora no tengo entendido*

de isto periculo nihil audisse. Tu tamen, pro tua sapientia, debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quaecunque erunt. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Causas exponit cur ludum quasi eloquentiae aperuerit, aliosque declamando exerceret. Addit per iocum de coenarum apparatu.*

Anno U. C. 707.

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO S. D.

XVIII. **Q**UUM essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram, ut iidem me quam maxime conciliarent familiari suo; accepi tuas literas plenissimas suavitatis: ex quibus intellexi, probati tibi meum consilium, quod ut Dionysius tyrannus, quum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse; sic ego; sublatis iudiciis, amisso regno forensi, ludum quasi habere coeperim. Quid quaeris? me quoque delectat consilium: multa enim consequor. Primum, id quod maxime nunc opus est, munio me ad haec tempora. Id cuiusmodi sit,

*nada de ese peligro. Pero tú, conforme à tu mucha sabiduria, has de desear lo mejor, y considerar lo mas dificultoso, y lo que sucediere tomarlo con paciencia. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Explica los motivos por que havia puesto como escuela de retorica, y egercitaba à sus amigos en la eloquencia. Habla con donaires del aparato de las cenas.

*Año de la fundacion de Roma 707.*

M. T. C. A. L. PAPIRIO PETO.

XVIII. **E**Stando en mi granja Tusculana por haver embiado à mis discipulos al recibimiento de su amigo, para que me pusiesen en gracia y amistad con él; recibí tu carta hecha una sal: por la qual he entendido, que te parece bien esta mi determinacion, que así como Dionisio el tirano, quando lo echaron de Zaragoza de Sicilia, dicen que puso en Corinto escuela de muchachos; así yo aora, quitadas las audiencias, y perdido el reino de la plaza, he comenzado como à tener escuela. Qué quieres que te diga? no me desagrada este mi consejo: porque por esta via alcanzo muchas cosas. Primeramente, me apercibo de reparos para estos tiempos, que es una cosa que la havemos mucho menester. De qué manera sea esto, no te

sit, nescio. Tantum video, nullius adhuc consilia me huic anteponere: nisi forte mori melius fuit. In lectulo, fateor: sed non accidit. In acie non fui. Caeteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius, foede perierunt. At Cato praecclare. Iam istuc quidem, quum volumus, licebit: demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam illi fuit: id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud: ipse melior fio, primum valetudine, quam intermissis exercitationibus amiseram: deinde, ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes rerulissem, exaruisset. Extremum illud est, quod tu nescio an primum putes: plures iam pavones confeci, quam tu pullos columbinos. Tu istuc te Ateriano iure delectato: ego me hic Hirtiano. Veni igitur, si vir es, et disce iam (\*) προλεγόμενας quas quaeris: etsi sus Minervam. Sed quando (ut video) aestimationes tuas vendere non potes, ne-

(\*) i. e. Quae proponi solent antequam disputatio aliqua explicanda suscipiatur. Sensus est: Disce e coenis Hirtianis, quales tuae futurae sint. Nam sicut ex prolegomenis, quae praeponuntur libris, docemur ea, quae ad ipsos libros attinent; sic Hirtii coenae Papium, quas coenas dare deberet, admonere et erudire possent. *Manut.*

te lo sabré decir. Solo veo, que no hallo consejo ni determinacion de otro, que la precie mas que esta mia: sino que quieran decir, que valiera mas haverme muerto. Si fuera de enfermedad, yo lo confieso: pero no me acaeció enfermar. En la batalla no me hallé presente. Todos los demás, Pompeyo, tu amigo Lentulo, Cipion, y Afranio, vilmente perecieron. Pero Caton pereció ilustremente. Esa manera de muerte en nuestra mano está tomarla quando quisieremos: solamente procuremos, que no nos fuerce à ello la necesidad, como à él lo forzó: lo qual ya lo procuramos. Esto pues es lo primero que yo alcanzo. Lo segundo es: que yo me hallo mejor, primeramente en la salud corporal, la qual tenia estragada con la falta del egercicio: demás de esto, aquella facilidad de bien decir, si en mí alguna havia, toda se me huviera secado, sino me huviera dado à estos egercicios. Lo ultimo de todo es, lo que yo pienso que tú tendrás por primero y principal: que tengo yo ya comidos mas pavones, que tú palominos. Tú date ai buen placer con los potages de Aterio: que yo me lo daré aqui con los de Hircio. Acude pues, si eres hombre de valor, y entenderás los principios que me preguntas: aunque será querer enseñar el galápago al aguila bolar. Pero pues no has podido vender (segun veo) las granjas que tomaste  
en



*Veritus Cicero, ne, quod accidit, cum Antonio se Plancus coniungat, aucupatur laudibus eiusdem benevolentiam, hortaturque ut remp. tueatur. Anno U. C. 710.*

M. T. C. PLANCO S. D.

III. **C**Um ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quod illum audiens, te videbar audire.  
Nam

*libres las espadas, ninguno que libremente hable de lo que toca al buen gobierno, puede estar sin gran peligro: y tambien me parece que es cosa agena de mi autoridad, decir lo que siento de la republica, donde mejor y desde mas cerca me oigan los hombres armados, que los senadores. De manera, que en lo que toque à tus cosas particulares, yo haré que se vea la obligacion y aficion que te tengo. Y tambien en las públicas (si alguna huviere en que fuere necesario hallarme yo) me hallaré siempre en el bolver por tu honra, aunque sea con peligro de mi vida. Pero en las cosas, que aunque yo no asista en ellas, no por eso se dejarán de hacer; ruegote tengas por bien; que yo tenga cuenta con lo que toca à mi vida y dignidad. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Temiendo Ciceron que se aliase Planco con Antonio, como sucedió en efecto, procura conciliarse su benevolencia con alabanzas, y le encarga defensa à la republica.

*Año de la fundacion de Roma 704.*

M. T. C. A PLANCO.

III. **M**Ui gran gusto y contento he recibido con la presencia de Furnio, asi por su propio valor, como tambien por parecerme que oyendo hablar à él, te oia à ti  
Tom. III. K mis-

Nam et in re militari virtutem, et in administranda provincia iustitiam, et in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit. Et praeterea mihi non ignotam in consuetudine et familiaritate suavitatem tuam adiunxit: praeterea summam erga se liberalitatem. Quae omnia mihi iucunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto quam tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua: confirmata iam aetate familiaritatem, cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam. His de causis mirabiliter faveo dignitati tuae, quam mihi tecum statuo esse communem. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna: eaque adeptus adolescens, multis invidentibus, quos ingenio, industriaque frengisti. Nunc me, amantissimum tuum

mismo. Porque me ha dado muy larga cuenta del grande esfuerzo que muestras en las cosas de la guerra, y de la mucha justicia que guardas en el gobernar y regir de la provincia, y tambien de la singular prudencia y discrecion con que tratas todas las cosas. Hame dicho tambien largamente la mucha dulzura que muestras en todas tus familiares conversaciones, cosa que yo ya barto bien me la sabia: y tambien se me ha alabado de la mucha liberalidad con que lo tratas. Todo lo qual me ha dado mucho gusto, y esto postrero gran contento. Yo, amigo Plance, desde antes que tú nacieses tuve mucha familiaridad con toda vuestra familia: y à ti singularmente desde que eras niño te he tenido un amor y aficion particular: y quando à la edad madura llegaste, travé contigo especial amistad; por particular voluntad mia; y tambien con tu aprobacion y consentimiento. Por todo lo qual estoi estrañamente aficionado al acrecentamiento de tu honra: la qual la tengo por comun de ambos à dos. Todo lo que se podia alcanzar has alcanzado, guiado de tu propio valor, y con ayuda de la ventura: y à pesar de los que te tenian embidia, has alcanzado en tu mocedad todo esto, derribandolos con tu habilidad y buena industria. Ahora, si à mí que te quiero bien, y soi el mas antiguo amigo

nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies; omnem tibi reliquae vitae dignitatem ex optimo reipublicae statu acquires. Scis profecto (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, quum homines existimarent te nimis servire temporibus: quod ego quoque existimarem, te si ea quae patiebare, probare etiam arbitraret. Sed quum intelligerem quid sentiret, prudenter te arbitrabar videre quid posses. Nunc alia ratio est. Omnium rerum tuum iudicium est, idque liberum. Consul es designatus, optima aetate, summa eloquentia, maxima orbitate reipublicae virorum talium. Incumbe, per deos immortales, in eam curam et cogitationem, quae tibi summam dignitatem et gloriam afferat. Unus autem est, hoc praesertim tempore, per tot annos reipublica devexata, reipublicae bene gerendae cursus ad gloriam. Haec amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quod arbitraret

te

*que tú tienes, quieres darme credito; debes procurar de conservar tu autoridad para todo el resto de tu vida, defendiendo el estado y gobierno de la república que es mejor y mas perfecto. Porque (pues eres hombre que nada se te pasa por alto) ya puedes entender que huvo tiempo, en que à las gentes les parecia que contemporizabas demasiadamente con los tiempos: lo qual tambien à mí me lo parecia, si entendiera que dabas por bueno todo lo que tolerabas. Pero como entendia la buena opinion que tenias, parecia que hacias discretamente en vér y considerar lo que podias. Mas aora ya todas las cosas están en otro estado. Todo está à tu eleccion con toda libertad. Estás nombrado por consul en la flor de tu vida, con singular eloquencia, à tiempo que la república está tan huerfana de hombres que tengan las partes que tú tienes. Suplicote pues por el eterno Dios, que con todas tus fuerzas y pensamiento te emplees en una tan generosa empresa, que te levante al mas alto grado de gloria y dignidad. Para lo qual solo hai un camino, especialmente el dia de oi, que es el buen modo de gobernar la república, la qual ha tantos años que está puesta en persecuciones y trabajos. Esto me ha parecido escribirte, mas por satisfacer al grande amor que te tengo, que por pretender que tú tengas*

né-

te monitis et praeceptis egere. Sciebam enim ex iisdem te haec aurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Nunc tantum significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. Interea, quae ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Gratias agit Ciceroni quod se ad verissimae gloriae studium sit adhortatus: sequae in reip. potestate fore pollicetur.*

Anno U. C. 710.

PLANCUS M. T. C.

III. **G**Ratissimae mihi tuae literae fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animadverto. Ego autem praeteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante redisse scivi, quam ex epistola tua cognovi. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse praeterire. In quo tuendo habeo causas plurimas, vel paternae necessitudinis, vel meae

a

*necesidad de mis avisos y consejos. Porque bien entendido tengo, que tú coges todo esto de las mismas fuentes de do yo lo cogi. Por lo qual no quiero pasar de aqui. Y aun esto solamente he querido escribirtelo; mas por darte muestra de mi voluntad, que por hacer ostentacion de mi prudencia. Si en este medio se ofreciere alguna cosa, que yo entienda tocar à tu honra y dignidad, procurarla he con mucha aficion y diligencia. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Dale gracias à Ciceron porque le havia exortado al estudio de la verdadera gloria: y le ofrece estará siempre en servicio por la república.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

PLANCO A M. T. C.

III. **G**Ran gusto me ha dado aquella carta, que entiendo me has escrito por la relacion de Furnio. Yo del no haverte escrito hasta aora te doi por excusa, el haver entendido que estabas fuera de Roma: y haver sabido, que eras buelto bien poco antes de recibir tu carta. Porque me parece que no puedo faltar ni aun à la menor de las obligaciones que te tengo, sin incurrir en mui gran culpa. Porque para hacer yo lo que debo en tu servicio, tengo muchas razones, el amistad que tú con mi padre tuviste, el respeto que yo des-

a pueritia observantiae, vel tui erga me mutui amoris. Quare ( mi. Cicero ) quod mea tuaque patitur aetas , persuade tibi , te unum esse , in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiae plena ( quae summa est ) videntur , quam fidelitatis , quam ego ex mea conscientia metior. Quare , si aut aliter sentirem , certe admonitio tua me reprimere : aut si dubitarem , hortatio impellere posset , ut id sequerer quod tu optimum putares. Nunc vero quid est , quod me in aliam partem trahere possit ? Quaecunque in me bona sunt , aut fortunae beneficio tributa , aut meo labore parta , etsi a te propter amorem carius sunt aestimata ; tamen ( vel inimicissimi iudicio ) tanta sunt , ut praeter bonam famam , nihil desiderare videantur. Quare hoc unum tibi persuade : quantum viribus entis , consilio providere , auctoritate movere potuero , hoc omne reipublicae semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus : neque si facultas,

ep-

*desde mi niñez te he tenido , y tambien el grande amor que tú siempre has mostrado tenerme. Por lo qual tén por cierto ( amigo Cicéron ) que en todo aquello que tu edad y la mia me lo permitieren , tú solo has de ser à quien yo tengo de tener aquel mismo respeto y reverencia que à mi padre. Porque todos aquellos consejos que me dás ; me parecen à mi llenos de mi grande prudencia , y no de menor fidelidad , la qual por mi mismo la juzgo. Y asi , aunque yo estuviera de otro parecer ; tu buena exortacion bastára à refrenarme : y aunque yo estuviera tibio , fuera bastante para encenderme y inducirme à que siguiese aquello que à ti te parecia ser lo mejor. Pero oi dia qué cosa hai , que pueda torcerme à otra parte ? Todos los bienes que en mi hai , ó havidos con favor de la ventura , ó con mi trabajo y fuerzas adquiridos , aunque tú por el amor que me tienes los encareces mas de lo que ellos merecen ; con todo eso ( aun à juicio de los que mal me quieren ) son tan grandes , que parece que no tengo ya mas que desear , salvo la buena fama. Por lo qual tén esto por cierto : que todo quanto yo pudiere estrivar con mis fuerzas , prevenir con mi consejo , y hacer por mi persona y autoridad , todo esto se empleará siempre en servicio de la república. Bien entendidos tengo yo tus buenos pareceres : de los*  
qua-

optabilis mihi quidem, tui praesentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem: nec nunc committam, ut illum meum factum reprehendere iure possis. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe mense Ianuario geratur, ut sciam. Interim maximam hic sollicitudinem curamque sustineo, ne inter aliena vitia hae gentes nostra mala suam putent occasionem. Quod si proinde, ut ipse mereor, mihi successerit; certe et tibi cui maxime cupio, et omnibus viris bonis satisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

## ARGUMENTUM.

*Denuo Plancum ad suscipiendam tuendamque rempublicam stimulis gloriae instigat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. PLANCO S.

V. **B**inas a te accepi literas eodem exemplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi expectatissimae literae perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihi que in comparatione dif-

*quales, si como yo deséo, pudiese tenerte presente, jamás me apartaria: y oí dia procuraré de regirme de manera, que en ninguna cosa puedas darme culpa con razon. Deséo saber en qué estado están todas las cosas, qué se hace en la Francia citerior, y qué en Roma desde el mes de Enero adelante. Yo estoi aquí en gran congoja y cuidado, de temor que à estas gentes por culpa de otro no les parezca, que nuestras discordias les son buena oportunidad para cobrar su libertad. Y si el negocio me sucediere, como yo merezco; yo haré que tú à quien yo mas deséo satisfacer, y todos los demás que son ciudadanos de valor, quedeis de mí bien satisfechos. Tén cuenta con tu salud, y con corresponderme al amor que te tengo.*

## ARGUMENTO.

Encarga de nuevo à Planco se ponga à defender la república, proponiendole el gran nombre que alcanzará. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A PLANCO.

V. **U**na tuya he recibido duplicada: por la qual he entendido tu mucha diligencia. Pues he visto quàn de veras procuras, que tus tan deseadas cartas vengàn à mi poder. Havia dado esta tu carta dos diferentes contentos, de los quales apenas podría de-  
ter-

difficilem ad iudicandum, amorem ne erga me tuum, an animum in rempublicam pluris aestimandum putarem. Est omnino patriae caritas (meo quidem iudicio) maxima: sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemoratio tua paternae necessitudinis, benevolentiaeque eius quam erga me a pueritia contulisses, caeterarumque rerum quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerat. Rursus, declaratio animi tui, quem haberes de republica, quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima: eoque maior erat haec laetitia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non horror solum, mi Plance, sed plane etiam oro, (quod feci his literis, quibus tu humanissime respondisti) ut tota mente, omnique animi impetu in rempublicam incumbas. Nihil est, quod tibi maiori fructui gloriaeque esse possit. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est praeclarius aut praestantius, quam de republica bene mereri. Adhuc enim patitur tua summa humanitas et sapientia, me, quod sentiam, libere dicere.

For-

*terminar qual es el mayor, el que recibo del grande amor que me muestras, o el que me dá el ver la grande aficion que tienes à la república. El aficion y amor de la patria cosa es (à mi parecer) muy digna de tenerse en mucho: pero el amor y conformidad de dos voluntades parece que tiene en sí mas gusto y dulzura. Y así aquel traerme à la memoria el amistad que yo tuve con tu padre, y aquella voluntad que desde tus tiernos años me has tenido, y las demás cosas que hacian al mismo proposito, no podrías creer el gran contento que me ha dado. Demás de esto, aquel descubrirme el amor y voluntad que tienes à la república, y tendrás siempre, ha sido una cosa de mucho gusto para mí: y es mayor esta alegría, por cargar sobre la primera. Por lo qual, amigo Planco, no solamente te exorto, pero aun llanamente te suplico, (lo mismo que te supliqué por aquella carta, à quien tú tan benignamente me respondiste) que con todo tu buen seso, y con todo el fervor de tu ánimo te pongas à defender la república. Esta es la cosa que puede darte el mayor fruto y gloria que se puede alcanzar. Porque entre todas las cosas humanas no hai ninguna mas illustre ni de mayor valor, que hacer bien à la república. Tu mucha humanidad y sabiduria me dá aun licencia de decir libremente lo que siento.*

Con

Fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quanquam sine virtute non potuisses; tamen ex maxima parte; ea quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur. His temporibus difficillimis, reipublicae quidquid subveneris, id erit totum (\*) proprium et tuum. Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis; odium in Antonium. Magna spes in te, et in tuo exercitu magna expectatio. Cuius, per deos, gratiae gloriaeque cave tempus amittas. Sic moneo, ut filium; sic faveo, ut mihi; sic hortor, ut et pro patria; et amicissimum. Vale.

AR-

(\*) Alii: *proprie tuum*. Alii: *et proprium tuum*. Sed, ut arbitror, minus recte.

Con favor y ayuda de la ventura me parece que has alcanzado cosas de gran tomo: lo qual aunque sin tener en tí mucho valor no lo pudieras hacer; con todo eso son cosas las que has alcanzado, sobre quien tiene mucha jurisdiccion y derecho la fortuna y la disposicion de los tiempos. Pero todo lo que en estos tiempos tan dificultosos hicieres por la república, todo aquello será propiamente tuyo. Es increíble el odio que à Antonio le tienen todos los ciudadanos, salvo los que son ladrones. De tí y de tu campo se tiene grande esperanza de socorro. Suplicote por amor de Dios, que no des lugar de que se te pase esta buena sazon de ganar favor y honra. Yo te aconsejo, como si fueras mi hijo; te favorezco, como à mi propia persona; y te lo encargo, como cosa de la patria, y como à un grande amigo mio. Tén salud.

AR-



## ARGUMENTUM.

*Planicus literis ad senatum scriptis pacem cum Antonio suaserat : quam Cicero his dissuadet , quae armis potius quam pactione sit quaerenda : hortaturque ut seiungat se a societate malorum , totusque ad remp. transeat. Anno U. C. 710.*

M. T. C. PLANCO.

VI. **Q**uae locutus est Furnius noster de animo tuo in rem publicam , ea gratissima fuerunt senatui , populoque Romano probatissima. Quae autem recitatae literae sunt in senatu , nequaquam consentire cum Furnii oratione visae sunt. Pacis enim auctor eras , quum collega tuus vir clarissimus a foedissimis latronibus consideretur : qui aut positis armis pacem petere debent ; aut si pugnantes eam postulant , victoria pax , non pactione parienda est. Sed de pace literae vel Lepidi , vel tuae , quam in partem acceptae sunt , ex viro optimo fratre tuo , et ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit tui caritas , ut quam nec tibi ipsi consilium deesset ,  
et

## ARGUMENTO.

Havia escrito Planco al senado aconsejando se hiciesen paces con Antonio : reprueba Ciceron este consejo , diciendo que se han de hacer las paces con la victoria , y no con otra manera de conciertos : encargale se despegue de los malos , y se ponga de parte de la república.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A PLANCO.

VI. **T**odo lo que nuestro amigo Furnio ha dicho de la voluntad que muestras tener à la república , ha sido muy agradable al senado , y ha parecido muy bien al pueblo Romano. Pero la carta que al senado embiaste , no pareció que conformaba con lo que Furnio havia dicho. Porque te pones à tratar de paces , viendo que à tu colega Bruto varon muy esclarecido le tienen unos viles ladrones cercado en Modena : los quales si paces quieren , las han de pedir dejando las armas ; ò si con las armas en las manos las piden , se han de hacer las paces con la victoria , y no con otra manera de conciertos. Pero cómo han sido recibidas la carta de Lepido y la tuya en esto de las paces , tu hermano persona de mucho valor , y tambien Cayo Furnio te lo podrán contar. A mí el entrañable amor que te tengo me ha movido à quererte dar algun  
Tom.III. L con-

et fratris Furniique benevolentia, fidelisque prudentia tibi praesto esset futura; vellem tamen meae quoque auctoritatis, pro plurimis nostris necessitudinibus, praeceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur mihi, Plance, omnes quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis, (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Romani, et cum senatus auctoritate coniunxeris. Se iunge te, quaeso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincula coniunxerunt. Complures in perturbatione reipublicae consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo existit in reipublicam consulari. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium, tui dissimillimorum, societate seiungas: deinde, et senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem praebes: postremo, ut pacem esse iudices non in armis positus, sed in abiecto armorum et servitutis metu. Haec si et ages, et senties,

tum.

consejo y parecer, de mi motivo y autoridad, por las muchas prendas de amistad que entre nosotros se atraviesan; aunque entiendo que ni à ti te falta consejo, y tienes à la mano la aficion y fiel discrecion de tu hermano, y así mismo la de Furnio. Creeme pues, Plance, que todos los grados de dignidad que hasta ahora has alcanzado, (aunque han sido los mas illustres y mayores) todos ellos no tendrán mas de los nombres y titulos de honras, y no insignias de dignidad, sino haces un cuerpo con la libertad del pueblo Romano, y con el autoridad del senado. Acaba ya, por amor de mi, de desapegarte de aquellos, con quien te hizo juntar no tu determinacion, sino las necesidades y fuerzas de los tiempos. Muchos ha havido en esta confusion de la república que se han llamado consules: pero ninguno de ellos ha sido tenido por consular, sino el que ha tenido ánimo consular en favor de la república. Tal pues conviene que seas tú, y que primeramente te apartes de la compañía de malos y desacatados ciudadanos, y muy diferentes de tus partes: trás de esto, que te ofrezcas al senado y à todos los buenos por autor, principe, y capitán: finalmente que entiendas, que la paz no consiste en el dejar las armas, sino en desarraigatodo temor de guerra y servidumbre. Si así tú lo tratares, y lo entendieres así, se-

L 2

rás

tum eris non modo consul et consularis, sed magnus etiam et consul et consularis. Sin aliter, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Haec impulsus benevolentia scripsi paulo severius: quae tu, in experiendo ea ratione quae te digna est, vera esse cognoscēs. D. xiii. kal. April.

## ARGUMENTUM.

*Laudat Planci praeclaram voluntatem studiumque iuvandi remp. ideoque praemia sperare ab senatu iubet, in qua re suam operam pollicetur; hortaturque ut pergat in tuenda rep. Anno U. C. 710.*

M. T. C. PLANCO.

VII. **E**T si satis ex Furnio nostro cognoram, quae tua voluntas, quod consilium de republica esset; tamen, tuis literis lectis, liquidius de toto sensu tuo iudicavi. Quam ob rem, quanquam in uno praelio omnis fortuna reipublicae disceptat; (quod quidem, quum haec legeres, iam decretum arbitrabar fore) tamen ipsa fama, quae de tua voluntate percrebruit, magnam es laudem consecutus.

Ita-

*rás entonces no solamente consul y consular, pero aun gran consul y gran consular. Y sino, no solamente no tendrás honra ninguna en esos tan ilustres títulos de cargos, sino que te redundará de ellos una extrema infamia. Esto he querido escribirte con un poco de libertad y rigor, movido por el amor que te tengo: lo qual tú, experimentandolo por aquella via que está bien à tu honra, hallarás ser muy gran verdad. Dada à los veinte de Marzo.*

## ARGUMENTO.

Alaba el buen proposito de Planco en el declararse en favor de la república: prometele grandes bienes del senado, à lo que ofrece cooperar; y le encarga no desista de defender à la república. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A PLANCO.

VII. **A**unque por relacion de nuestro amigo Furnio tenia yo entendido tu buen proposito y consejo en el defender la república; con todo eso, quando huve leído tu carta, juzgué mas claramente de todo tu buen intento. Por lo qual, aunque todo el resto de la república está echado en sola una batalla; (la qual, quando tú recibirás ésta, entiendo que ya será dada y concluida) con todo eso con sola la fama de tu buen proposito, que se ha sembrado por toda la ciudad, has ganado muy gran hon-

Itaque si consulem Romae habuissemus, declaratum esset ab senatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus esset conatus et apparatus tuus. Cuius rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc (meo quidem iudicio) fuit. Is enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur et datur. Quare, sit modo aliqua respublica in qua honos elucere possit, omnibus (mihi crede) amplissimis honoribus abundabis. Is autem, qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuae virtutis est praemium. Quam ob rem (mi Plance) incumbe toto pectore ad laudem; subveni patriae; opitulare collegae; omnium gentium consensum et incredibilem conspirationem adiuva. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti, patriae caritas accessit; eaque effecit, ut tuam vitam anteferrem meae. D. iiii. kal. April.

AR-

*honra. Y si en Roma huviera consul, el senado huviera mostrado con gran honra tuya, quán en gracia le ha caído tu empresa y apercibimiento. Para declarar lo qual no solamente no se ha pasado la sazón, pero (à mi parecer) ni aun la ha havido conveniente. Porque lo que à mi me parece ser honra verdadera, es la que se hace à los hombres de valor, no por la esperanza de las cosas illustres que han de hacer, sino en pago de las ya hechas. Y así, si la república no muriere para que en ella pueda resplandecer la honra, yo te certifico, que hasta que te den en rostro tendrás y gozarás de todas las mas insignes honras. Y la que de veras se debe llamar honra, no es incitacion para cierto tiempo, sino premio perpetuo de la virtud y buenos hechos. Por lo qual (amigo Plance) empleate con todas tus fuerzas en ganar honra; favorece à la patria; ayuda à tu colega; dá favor à la concordia y increíble conformidad de todo el mundo. En mi hallarás un valedor de tus consejos, un engrandecedor de tu honra, y en todas las cosas un mui fiel amigo tuyo. Porque demás de las causas de buena amistad que nos tienen prendados, que son buen amor, muchas buenas obras, antiguo trato y conocimiento, hase juntado aora el amor de la patria; el qual es causa, que yo precie mas tu vida que la mia. Dada à veinte y nueve de Marzo.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Causam brevitatis indicat, et studii in remp. sui serius patefacti, suamque dignitatem Ciceroni commendat.*

Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C.

VIII. **P**Lura tibi de meis consiliis scriberem, rationemque omnium redderem verbosius, quo magis iudicares, omnia me reipublicae praestitisse, quae et tua exhortatione excepi, et mea affirmatione tibi recepi: (non minus enim a te probari, quam diligere semper volui; nec te magis in culpa defensorem mihi paravi, quam praedictorem meritorum meorum esse volui) sed brevior me duae res faciunt: una, quod publicis literis omnia sum persecutus; altera, quod M. Varisidium, equitem Romanum, familiarem meum, ipsum ad te transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. Non medius fidius mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare possessionem laudis viderentur: sed usque mihi temperavi, dum perducerem eo rem,  
ut

## ARGUMENTO.

Escusase de no haver escrito mas largo, y de haver tardado en declarar su voluntad en favor de la república, y ruega à Ciceron que buelva por su honra. Año de la fundacion de Roma 710.

## PLANCO A M. T. C.

VIII. **Q**uisiera escribirte mas largo acerca de mis consejos, y darte muy larga cuenta de todas las cosas, para que entendieras que yo he hecho en servicio de la república todo aquello, que por tus cartas y exortaciones he entendido, y por las mias te he ofrecido: (porque asi como he deseado siempre que me quisieses bien, asi tambien he querido que tuvieses buen concepto de mis cosas; deseando mas que fueses pregonero de mis merecimientos, que padrino de mis yerros) pero dos cosas me fuerzan à ser breve: la una, el haver dado largamente razon de todo en la carta que he escrito à la señora; y la otra, el haver dado cargo à Marco Varisidio, amigo mio, cavallero Romano, que te fuese à hablar de mi parte, y te diese de todo larga cuenta. Realmente que lo sentia en el alma, quando veia que otros me tomaban la delantera en el ganar honra y alabanza: pero heme entretenido hasta traer el negocio à término de poder hacer alguna cosa,  
qu

ut dignum aliquid et consulatu meo, et vestra exspectatione efficerem. Quod spero ( si me fortuna non fefellerit ) me consecuturum , ut maximo praesidio reipublicae nos fuisse et nunc sentiant homines , et in posterum memoria teneant. A te peto , ut dignitati meae suffrageris : et quarum rerum spe ad laudem me vocasti , harum fructu in reliquum facias alacriorem. Non minus posse te , quam velle , exploratum mihi est. Fac valeas, meque mutuo diligas.

### ARGUMENTUM.

*Causas affert , cur sero se libertatis defensore profitetur ; et de exercitu et provinciae statu significat.*

Anno U. C. 710.

PLANCUS IMP. COS. DES.

COSS. PR. TRIB. PLEB. SEN. POP.

PL. Q. R. S. D.

VIII. **S**I cui forte videor diutius et hominum exspectationem , et spem reipublicae de mea voluntate tenuisse suspensam ; huic prius

*que fuese digna de mi consulado , y de la buena confianza que teneis de mí. Lo qual ( si la ventura me ayudare ) confio que alcanzaré ; de manera que entiendan las gentes , que yo he becho espaldas à la república , y para lo de adelante lo tengan en memoria. Lo que te pido por merced es , que des à mi honra todo buen favor : y pues me incitaste à la alabanza con la esperanza de cosas tan ilustres , me des ánimo para lo de adelante , dandome à gustar del fruto de ellas. Porque asi como tengo por cierto que lo deseas hacer , asi tambien entiendo que está en tu mano el hacerlo. Tén cuenta con tu salud , y con corresponderme al buen amor que te tengo.*

### ARGUMENTO.

Dice por que havia tardado tanto en declararse defensor de la libertad ; y dá cuenta del estado de su ejército y provincia.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

PLANCO EMP. CONSUL NOMBRADO, à los consules , pretores , tribunos del pueblo , y al senado y pueblo Romano.

VIII. **S**I acaso le parece à alguno que he tardado mucho en declarar mi voluntad en favor de la república , como las gentes tienen de mi esperanza y confianza ; pa-

prius excusandum me esse arbitror, quam de insequenti officio quidquam ulli pollicendum. Non enim praeteritam culpam videri volo redemisse; sed optima mentis cogitata iampridem, maturo tempore enuntiare. Non me praeteribat, in tanta sollicitudine hominum, et tam perturbato statu civitatis, fructuosissimam esse professionem bonae voluntatis: magnosque honores ex ea re complures consecutos videbam. Sed quum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter pollicendo, (\*) magna in spe ad proficiendum impedimenta opponerem; aut si in eo mihi temperavissem, maiores occasiones ad opitulandum haberem; expeditius iter communis salutis, quam meae laudis esse volui. Nam quis in ea fortuna quae mea est, et ab ea vita quam in me cognitam hominibus arbitror, et cum ea spe quam in manibus habeo, aut sordidum quidquam patii, aut perniciosum concupiscere potest?

Sed

(\*) Alii legunt: magna mihi ipse.

pareceme que será bien à este tal darle satisfacion, antes de venir à hacer oferta ninguna de mi persona para lo de adelante. Ni entienda ninguno, que yo quiero emendar falta que hasta aqui haya hecho; sino descubrir à ora à buena sazon y coyuntura, lo que de mucho tiempo antes con mui buen proposito tenia yo en mi ánimo trazado. Bien entendia yo, que estando los hombres puestos en una grave congoja, y el estado de la señoria tan rebuelto, era de mui gran provecho el hacer demostracion del buen ánimo y proposito: y tambien veia, que muchos con esto havian alcanzado grandes honrras. Pero por haverme puesto la fortuna en tanto riesgo, que si queria de presto hacer de mi persona alguna oferta, yo mismo me ponía estorvo para aprovechar algo en lo que tenia buena esperanza de hacer; y si me detenía algo en el hacer la oferta, tendria mejores y mayores ocasiones para dar favor à la república; parecióme que era mejor tener cuenta con el bien comun; que con mis particulares alabanzas. Porque quién havria tan necio, que en una fortuna como la en que yo estoi, y en una manera de vivir qual creo tienen de mi los hombres entendida, y teniendo en las manos la esperanza que tengo, pudiese ò sufrir alguna cosa de hombre de poco y abatido, ò desear cosa en perjuicio de toda la república?

Pe-

Sed aliquantum nobis temporis, (\*) et magni labores, et multae impensae opus fuerunt, ut quae reipublicae bonisque omnibus polliceremur, exire praestaremus; neque ad auxilium patriae nudi cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis saepe praemiis sollicitatus, ut ab republica potius moderata, quam ab uno infinita speraret. Confirmandae complures civitates, quae superiore anno largitionibus concessionibusque praemiorum erant obligatae; ut et illa vana putarent, et eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent. Allicienda etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibusque praefuerunt, ut potius cum pluribus societatem defendendae libertatis iniremus, quam cum paucioribus funestam orbi terrarum victoriam partiremur. Muniendi vero nos met ipsi fuimus, aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis; ut, cum praefereamus sensus aperte, tum etiam

(\*) Alii: et magni laboris ... opus fuit.

*Pero tenia necesidad de algun poco de tiempo, y de poner mucho trabajo y diligencia, y aun de hacer muchos gastos, para poner por obra lo que à la república y à los buenos ofreciese; y para no ir al socorro de la patria desnudo con sola una buena voluntad, si no bien apercebido de fuerzas y poder. Era tambien menester animar à mi egército, al qual muchas veces me lo havian intentado sobornar con largas ofertas, para que holgáse mas de esperar premios moderados de la república, que de uno cosas imposibles. Convenia tambien reformar muchas ciudades, que por las largas dadas del año pasado, y con los muchos privilegios obtenidos, estaban à Marco Antonio en mucha obligacion; dandoles à entender que todo aquello havia sido vanidad, y que les convenia pedir aquello mismo y esperar lo de quien tenia mayor autoridad para concederlo. Era tambien menester atraer las voluntades de mis vecinos, que han tenido cargo de las provincias comarcanas y de los egércitos, para que quisiesen mas hacer liga con muchos en defension de la libertad, que alcanzar con pocos una victoria triste y miserable para todo el mundo. Tenia tambien yo necesidad de fortificarme à mi mismo, acrecentando el egército, y reparando los socorros; para que yo abiertamente declaráse mi voluntad, y no me causáse peligro (à*

pe-



( invitis quibusdam ) sciri ; ( quid defensuri essemus , non esset periculosum. Ita nunquam diffitebor , multa me , ut ad effectum horum consiliorum pervenirem , et simulasse invitum , et dissimulasse cum dolore : quod , praematura denuntiatio boni civis imparati quam periculosa esset , ex casu collegae videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato , viro forti atque strenuo , plura etiam verbo quam scriptura , mandata dedimus ; ut et rectius ad vos perferrentur , et nos essemus tutiores ; quibusque rebus et communem salutem muniri , et nos armari conveniret , praecepimus. Ex quo intelligi potest , curam reipublicae summae defendendae iampridem apud nos excubare. Nunc , quum deum benignitate ab omni re simus paratiores , non solum bene sperare de nobis homines , sed explorate iudicare volumus. Legiones habeo quinque sub signis , et sua fide virtuteque reipublicae coniunctissimas , et nostra liberalitate nobis obsequentes : provinciam omnium civitatum consensu paratissimam,

et

*pesar de algunos ) saberse lo que yo queria defender. Y así yo confieso , que por traer el negocio à este punto , contra mi voluntad he fingido muchas cosas , y con grande sentimiento he disimulado otras muchas : porque entendia por el suceso de mi colega Bruto , quàn peligrosa cosa era declarar su ánimo y voluntad un buen ciudadano antes de estar bien apercebido. Y por esto quise mas encargarle de palabra à Cayo Furnio mi embajador , hombre de mucho valor y diligencia , lo que havia de tratar , que no escribirlo por carta ; para que mas secretamente os diese noticia de mis intenciones , y yo estuviese mas libre de peligro ; y le di cargo de las cosas , con que convenia fortificar la comun libertad , y repararnos à nosotros. De lo qual podeis entender , como ya desde mucho tiempo acá estoi bien desvelado en el cuidado de la defension de la libertad. Y pues ya por particular merced de Dios en todo estoi mas apercebido , tengo por bien , que no solamente los hombres tengan de mi buena esperanza , pero aun tambien determinadamente juzguen ya de mi. Cinco legiones tengo puestas debajo de vanderas , las quales por su fidelidad y valor están mui aficionadas à la señoria , y por la liberalidad con que yo las trato mui obedientes à mí : la provincia de comun concordia de todos los pueblos está mui apercebida , y que en*

Tom.III.

M

el

( invitís quibusdam ) sciri ; ( quid defensuri essemus , non esset periculosum. Ita nunquam diffitebor , multa me , ut ad effectum horum consiliorum pervenirem , et simulasse invitum , et dissimulasse cum dolore : quod , praematura denuntiatio boni civis imparati quam periculosa esset , ex casu collegae videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato , viro forti atque strenuo , plura etiam verbo quam scriptura , mandata dedimus ; ut et testius ad vos perferrentur , et nos essemus tutiores ; quibusque rebus et communem salutem muniri , et nos armari conveniret , praecepimus. Ex quo intelligi potest , curam reipublicae summae defendendae iampridem apud nos excubare. Nunc , quum deum benignitate ab omni re simus paratiores , non solum bene sperare de nobis homines , sed explorate iudicare volumus. Legiones habeo quinque sub signis , et sua fide virtuteque reipublicae coniunctissimas , et nostra liberalitate nobis obsequentes : provinciam omnium civitatum consensu paratissimam ,  
et

*pesar de algunos ) saberse lo que yo quería defender. Y así yo confieso , que por traer el negocio à este punto , contra mi voluntad he fingido muchas cosas , y con grande sentimiento he disimulado otras muchas : porque entendia por el suceso de mi colega Bruto , quàn peligrosa cosa era declarar su ánimo y voluntad un buen ciudadano antes de estar bien apercebido. Y por esto quise mas encargarle de palabra à Cayo Furnio mi embajador , hombre de mucho valor y diligencia , lo que havia de tratar , que no escribirlo por carta ; para que mas secretamente os diese noticia de mis intenciones , y yo estuviese mas libre de peligro ; y le di cargo de las cosas , con que convenia fortificar la comun libertad , y repararnos à nosotros. De lo qual podeis entender , como ya desde mucho tiempo acá estoi bien desvelado en el cuidado de la defension de la libertad. Y pues ya por particular merced de Dios en todo estoi mas apercebido , tengo por bien , que no solamente los hombres tengan de mi buena esperanza , pero aun tambien determinadamente juzguen ya de mi. Cinco legiones tengo puestas debajo de vanderas , las quales por su fidelidad y valor están mui aficionadas à la señoria , y por la liberalidad con que yo las trato mui obedientes à mí : la provincia de comun concordia de todos los pueblos está mui apercebida , y que en*

et summa contentione ad officia certantem : equitatus , auxiliorumque tantas copias , quantas hæc gentes ad defendendam suam salutem libertatemque conficere possunt. Ipse ita sum animo paratus , vel provinciam tueri , vel ire quo respublica vocet , vel tradere exercitum , auxilia , provinciamque : ut vel omnem impetum belli in me convertere non recusem , si modo meo casu aut confirmare patriæ salutem , aut periculum possim morari. Haec si iam expeditis omnibus rebus , tranquilloque statu civitatis polliceor , in damno meae laudis , reipublicae commodo laetabor. Sin ad societatem integerrimorum et maximorum periculorum accedam , consilia mea aequis iudicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum in reipublicae incolumitate satis magnus est paratus. Eos vero , qui meam auctoritatem , et multo magis vestram fidem secuti , nec ulla spe decipi , nec ullo metu terri potuerunt , ut commendatos vobis habeatis , petendum videtur. Valet.

AR-

*el hacer su deber quiere llevar la delantera: de hombres de armas , y de otro genero de socorros tengo tanta multitud, quanta estas gentes han podido juntar para defender su estado y libertad. Yo estoi resuelto en esta determinacion, de ò defender la provincia, ò ir donde me llamare la señoria, ò entregar el egército, socorros, y provincia: de manera que estoi determinado de hacer rostro à todo el peso de la guerra, si con peligro de mi persona puedo fortificar la libertad de la patria, ò entretener el peligro. Si esta mi oferta es à tiempo que ya todas las cosas están llanas, y el estado de la ciudad quieto, aunque sea à costa de no ganar yo ninguna honra y alabanza, me holgaré con el bien de la república. Mas si viniere à ser participante de graves peligros y que aun están en su fuerza, suplico à los que son jueces desapasionados, que defiendan mis consejos de la reprehension de gentes embidiosas. Porque yo me tendré por bien pagado y satisfecho de todos mis servicios con ver la república puesta en libertad y fuera de peligro. Lo que os pido por merced es, que à estos mis soldados, los quales, siguiendo mi autoridad, ò por mejor decir vuestra fé, ni se han dejado engañar con falsas esperanzas, ni se han espantado con ningunos fieros, los tengais por encomendados. Tened salud.*

M2

AR-

## ARGUMENTUM.

*Gratas senatui Planci literas fuisse, et quae eius causa in senatu acta sint, significat; et ad liberandam remp. diligentissime hortatur.* Anno U. C. 710.

M. T. C. PLANCO.

X. **E**Tsi reipublicae causa maxime gaudere debeo, tantum ei te praesidii, tantum opis attulisse extremis pene temporibus; tamen ita te victorem complectar republica recuperata, ut magnam partem mihi laetitiae tua dignitas (\*) affert, quam et esse iam, et futuram amplissimam intelligo. Cave enim putes, ullas unquam literas gratiores quam tuas, in senatu esse recitatas: idque contigit cum meritorum tuorum in reipublicam eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumque gravitate. Quod mihi quidem minime novum, qui et te nossem, et tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, et haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita. Sed senatui maiora visa sunt, quam

(\*) Vulg. Codd. *Afferat*; contaminata ab imperito vera lectione, qui dum credidit se emendare, corrumpit. *Victor.*

## ARGUMENTO.

Cuentale quán aplaudida havia sido del senado la carta de Planco, y lo que se hizo en el senado por él; y encargale encarecidamente ponga en libertad à la república.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A PLANCO.

X. **A**unque por el bien y utilidad de la república tengo mui grande obligacion de alegrarme, de que en una necesidad casi extrema le hayas tú dado tanto socorro y favor; con todo eso asi yo te abráce quando hayas alcanzado la victoria y la república cobrado su libertad, como à mi me dá mui grande parte de regocijo tu honra y autoridad, la qual entiendo que ya es mui illustre, y con el tiempo lo ha de ser mucho mas. Porque te certifico, que jamás se ha leído carta ninguna en el senado, que mas en gracia cayese que la tuya: lo qual ha procedido de las muchas buenas obras que tú has hecho à la república, y tambien de la gravedad de las palabras y sentencias con que venia escrita. Lo qual à mi que ya te conozco, y tengo en memoria las ofertas que por cartas me has hecho, y he entendido del todo tus propositos por relacion de nuestro amigo Furnio, no me ha parecido cosa nueva. Pero el senado lo ha tenido por mayor oferta de

quam erant expectata : non quod unquam de tua voluntate dubitasset ; sed nec quantum facere posses , nec quo progredi velles , exploratum satis habebat. Itaque quum ad vii. idus April. mane mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset , easque legissem , incredibili gaudio sum elatus. Quumque magna multitudo optimorum virorum et civium me de domo deduceret , feci continuo omnes participes meae voluptatis. Interim ad me venit Munatius noster , ut consuerat ; (\*) at ego ei literas tuas : nihil dum enim sciebat. Nam ad me primum Varisidius ; idque sibi a te mandatum esse dicebat. Paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit quas ipsi miserat , et eas quas publice. Placuit nobis , ut statim ad Cornutum praetorem urbis literas deferremus ; qui , quod consules aberant , consulare munus sustinebat more maiorum. Senatus est continuo convocatus ; frequensque convenit propter famam atque expectationem tuarum literarum. Recitatis literis , oblata religio Cornuto est , pullariorum admonitu , non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse : idque a nostro collegio comprobatum est. Itaque res dilata est in posterum. Eo autem die

(\*) Alii : et ego ei literas tuas ostendi.

de la que de tí esperaba : no porque él jamás haya tenido duda de tu voluntad ; sino porque no tenia bien por entendido qué era lo que tú podias hacer , ni hasta dónde querias llegar. Y asi quando Marco Varisidio me dió tu carta à los seis de Abril por la mañana , y yo la lei , recibí un gozo singular. Y yendo en mi compañía desde mi casa gran multitud de hombres muy honrados y de ciudadanos , à todos les di luego parte de mi gozo. En este medio vinome à hablar nuestro amigo Munacio , como tiene de costumbre : y yo mostréle tu carta : porque aun no tenia noticia de ninguna cosa. Porque Varisidio se havia venido derecho à mi casa ; y decia que asi se lo havias tú encargado. Al cabo de poco Munacio me dió à leer la carta que tú le havias escrito , y tambien la que escribias à la señoria. Pareciónos dar luego en la hora la carta à Cornuto pretor de la ciudad ; el qual , por estar fuera los consules , tenia presidencia de consul , conforme à la costumbre de nuestros pasados. Juntóse luego senados y acudieron muchos senadores por la fama y esperanza de tu carta. Leída la carta , pusieronle à Cornuto impedimento de parte de los que consideran los agüeros de los pollos , diciendo que no havia catado bien los agüeros : y asi lo determinó nuestro colegio. Y asi se dilató el negocio hasta el dia siguiente. Yo aquel dia

die magna mihi pro tua dignitate contentio cum Servilio. Qui quum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur; frequens eum senatus reliquit, et in alia omnia discessit: meaeque sententiae, quae secunda pronuntiata erat, quum frequens assentiretur senatus, rogatu Servilii P. Titius intercessit. Res in posterum dilata. Venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur. Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere. Unum hoc ex meis: senatus gravior, constantior, amiciores tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit. Nec vero tibi senatus amiciores, quam cuncta civitas. Mirabiliter enim populus Romanus universus, et omnium generum ordinumque consensus ad liberandam rempublicam conspiravit. Perge igitur, ut agis, nomenque tuum commenda immortalitati; atque haec omnia, quae habent speciem gloriae, collecta inanissimis splendoris insignibus, contemne; brevia, fugacia, caduca existima.

Ve-

*dia tuve gran debate con Servilio bolviendo por tu honra. Porque haviendo él alcanzado con favor, que se votáse su parecer el primero; la mayor parte del senado lo dejó, y fué de contrario parecer: y siguiendo mi parecer que era el segundo gran parte del senado, contradijolo Publio Ticio tribuno del pueblo à ruego de Servilio. Dilatóse el negocio para el dia siguiente. Vino otro dia Servilio muy apercibido, amenazando al mismo Júpiter, en cuyo templo se tenia el senado. Cómo lo derribé, y con quán gran fervor de ánimo abati à Ticio que nos contradecia, mas quiero que lo entiendas por cartas de otro, que no por la mia. Esto quiero que entiendas por la mia: que el senado no se podia mostrar mas grave, ni mas constante, ni mas favorable à tus cosas, de lo que se mostró. Ni es menor la voluntad que te muestra tener toda la ciudad, que la que te tiene el senado. Porque es increíble la confederacion que todo el pueblo Romano, y todas las maneras y ordenes de ciudadanos muestran en querer poner en libertad la república. Persevera pues en tus buenos hechos, y procura que quede de tí una perpetua memoria: y no hagas caso de esas cosas que tienen una falsa muestra de gloria, fundada en unas muy vanas insignias de claridad; y entienda que todas esas son cosas de poca dura, fragiles, y ca-*  
du-

Verum decus in virtute positum est: quae maxime illustratur magnis in reipublicam meritis. Eam facultatem habes maximam: quam, quando complexus es, tene. Perfice, ut ne minus reipublica tibi, quam tu reipublicae debeas. Me tuae dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. Id cum reipublicae, quae mihi vita est mea carior, tum nostrae necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam et fidem, magis etiam perspexi in eius incredibili erga te benevolentia et diligentia. III. id. April.

AR-

*ducas. Porque la verdadera honra de cada uno está fundada en la virtud: la qual recibe mucho lustre con las buenas obras hechas en favor de la república. Tienes para esto muy buena manera: y pues la has podido alcanzar, aprovechate de ella. Haz que la república te esté à ti en tanta obligacion, como tú le estás à ella. De mí entenderás, que no solamente daré favor à tu honra, pero la engrandeceré en todo lo posible. Porque entiendo que tengo obligacion de hacerlo así; lo uno por amor de la república, à quien yo quiero mas que à mi propia vida; y lo otro tambien por cumplir con la obligacion que tengo à nuestra amistad. Aunque en estas fatigas, que me ha dado el bolver por tu honra, he recibido gran contento, de que aunque yo tenia ya bien por entendida la prudencia y fidelidad de Tito Munacio, con todo eso la he visto muy mas à la clara en la increíble aficion y diligencia que ha mostrado en tus negocios. Dada à los once de Abril.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Suam studium erga remp. prae se fert : dignitatem suam commendat : quid egerit et acturus sit , exponit : exercitum laudat.*  
Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C. S.

XI. **N**ihil me tibi temere , aut te caeteris de me frustra recepisse laetor. Certe hoc maius habes testimonium amoris mei , quo maturius tibi , quam caeteris consilia mea volui esse nota. In dies vero meritum meorum fieri accessiones pervidere te spero , cogniturum magis recipio. Quod ad me attinet , mi Cicerone , ( ita ab imminentibus malis republica , me adiuvante , liberetur ) sic honores praemiaque vestra suspicio , conferenda certe cum immortalitate ; ut sine his nihil de meo studio perseverantiaque sim remissurus. Nisi in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis , et opera praecipua ; nihil ad meam dignitatem accedere volo  
suf-

## ARGUMENTO.

Prefiere el bien estar de la república à su vida : encargale que vuelva por su honra : dale razon de todos sus designios : y alaba su egército.  
Año de la fundacion de Roma 710.

## PLANCO A M. T. C.

XI. **E**N extremo me huelgo de no haver te hecho oferta ninguna temeraria , y tambien de que tú no la hayas hecho à nadie en nombre mio. A lo menos en esto puedes conocer claramente el amor que te tengo , que primero à ti que à ningun otro te he dado parte de mis designios. Pero bien confiado estoy que de cada dia ves ir creciendo mis merecimientos , y te ofrezco que aun lo entenderás mejor. En lo que à mí particularmente toca , amigo Ciceron , ( asi vea yo la república libre con mi favor y ayuda de todos estos males que la tienen rodeada ) entiendo que vuestras honras son de tanto valor , que merecen competir con la eternidad ; y esto de tal manera en lo que à ellas toca dispuesto , que aunque no las alcance , no por eso aflojaré ninguna cosa de mi aficion y perseverancia. Y si el brio de mi ánimo y esfuerzo no se señaláre notablemente entre tanta multitud de buenos è ilustres ciudadanos , y lo que yo hiciera no fuere singular ; no quiero que mi honra con vuestros votos sea  
ni



suffragatione vestra. Concupisco autem nihil mihi; contra quod ipse pugno. Et temporis, et rei te moderatorem facile patior esse. Nihil aut sero aut exigue a patria civi tributum potest videri. Exercitum ad sextum kal. Maias Rhodanum traieci, magnis itineribus. Viena equites mille via breviora praemisi. Ipse, si ab Lepido non impediatur, celeritate satisfaciam: si autem itineri meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco et numero, et genere, et fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo. Vale.

## ARGUMENTUM.

*De S. C. pro dignitate Planci facta scribit, eumque hortatur ut Antonianum bellum conficiat. Anno U. C. 710.*

M. T. C. PLANCO.

XII. **U**T primum potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando, quod positum esset aut in praemio virtutis, aut in honore verborum.

Id

*ni un punto acrecentada. Porque yo ninguna cosa deséo para mí; antes procuro con todas mis fuerzas lo contrario. Pero yo me buelgo que tú seas el que regles y tases el cuándo y el cuánto. Porque no puede ser tardía ni pequeña la honra que su patria le hace à un ciudadano. A los veinte y seis de Abril pasé con mi campo (\*) el rio Rone con mucha prisa. Y desde Viena embié mil hombres de à cavallo delante por el camino mas corto. Si Lepido no me pone impedimento, yo mostraré mui gran presteza: mas si se me pusiere al paso, segun el tiempo tomaré el consejo. Yo traigo un egército en el valor, y en el número, y en la fidelidad mui seguro. Ruegote que me ames, si entiendes que es deuda que me la debes. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Dale cuenta de una ordenacion del senado mui honrosa à Planco, y le encarga arruine à Antonio. Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A PLANCO.

XII. **E**N el punto que ha havido manera para poder acrecentar tu autoridad, no he dejado de hacer en ello todo lo que consiste ò en premio de valor, ò en honra de pa-

(\*) Este es el Ródano, rio mui rápido de Francia, el qual la divide de Italia. Otros le llaman Rosne.

Id ex ipso senatus-consulto poteris cognoscere. Ita enim est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est: quam senatus frequens secutus est summo studio magnoque consensu. Ego quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexeram, te magis iudicio bonorum quam insignibus gloriae delectari; tamen considerandum existimavi, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi a republica deberetur. Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppreserit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Aiace, nec Achillem, sed Ulysem appellavit (\*) *πτολιπρῶσι*. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Laudat Planci studium et celeritatem in auxiliis Bruto collegae ferendis; hortaturque ut belli reliquias extinguat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. PLANCO S.

XIII. **O** Gratam famam biduo ante victoriam, de subsidio tuo, de studio, de

(\*) i. e. Urbis expugnatorem, vastatorem, sive, eversorem.

palabras. Lo qual podrás entender por las mismas palabras de la ordenacion. Porque de la misma manera que yo lo voté en mi parecer, de aquella misma manera se escribió: porque todo el senado con muy grande aficion y conformidad se conformó con mi voto y parecer. Yo aunque por la carta que me escribiste entendí, que te dá mayor contento el buen concepto que tienen de tí los buenos, que no las insignias de la honra; con todo eso fui de parecer, que haviamos de considerar la mucha obligacion que la república te tiene, puesto que tú no pidas nada. Tú procurarás que lo ultimo quadre con lo primero. Porque el que á Marco Antonio arruinare, aquel será el que concluirá la guerra. Que Homero no dá epíteto de arruinador de pueblos á Ayace, ni á Aquiles, sino á Ulises. Tén salud.

## ARGUMENTO.

Alaba la buena voluntad y prontitud en socorrer á su compañero Bruto; y le encarga que no quede ni tan sola una centella de la guerra.

Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A PLANCO.

XIII. **O** Qué alegres fueron las nuevas que nos dieron dos dias antes de la victoria, del socorro que tú tenias, de tu buen

Tom. III.

N

áni-

de celeritate, de copiis! Atqui, etiam hostibus fuis, spes omnis in te est. Fugisse enim ex praelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema delere, quam prima depellere. Equidem exspectabam iam tuas literas, idque cum multis. Sperabamque etiam Lepidum, temporibus admonitum, tecum et reipublicae satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe (mi Plance) ut ne quae scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, et rempublicam divino beneficio affeceris, et ipse aeternam gloriam consequere. (\*). D. III. Non. Mai.

## ARGUMENTUM.

*Gratias agit beneficentiae Ciceronis, et de suo in remp. studio pollicetur omnia.*  
Anno U. C. 710.

PLANCUS M. T. C.

XIII. **I**mmortales ago tibi gratias, a-  
gamque dum vivam: nam re-  
la-

(\*) Alii, quos secutus est Aprileus: III. id.  
Maii.

*ánimo, de la presteza, de las fuerzas que traías! Pues aunque nuestros enemigos están ya desbaratados, con todo eso tenemos puesta en ti toda la esperanza. Porque dicen que se han escapado de la batalla de Módena los mas principales capitanes de esos salteadores. Y no menor contento es arruinar el remate, que resistir à los principios. Yo estoi con deséo de recibir alguna tuya, y no solo yo, pero aun otros mui muchos. Y confio que à Lepido los tiempos le obligarán à que confederandose contigo haga lo que debe à la república. Desvelate pues (amigo Planco) en solo este cuidado, que de esta malvada guerra no nos quede ni tan sola una centella. Porque si con esto sales, harás una buena obra divina à la república, y tú ganarás honra para siempre. Dada (\*) à los cinco de Mayo.*

## ARGUMENTO.

Muestrale à Ciceron su agradecimiento, y le ofrece hacer todo lo posible en favor de la república. Año de la fundacion de Roma 710.

PLANCO A M. T. C.

XIII. **I**mmortales gracias te doi, y daré  
mientras viviere: porque no puedo  
N<sup>o</sup> 2 de-

(\*) Otros, con quienes Simon Abril: à los trece de Mayo.

laturum me, affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse: nisi forte (ut tu gravissime disertissimeque scripsisti) ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, quum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisses. Primae tuae sententiae infinitis cum muneribus; posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae; oratio assidua et perpetua de me; iurgia cum obrectatoribus propter me; notissima mihi sunt. Non mediocris adhibenda mihi est cura, ut reipublicae me civem dignum tuis laudibus praestem; in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tuere; et me, si quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis, defende ac suscipe.

Quum Rhodanum copias traicissem, fratremque cum tribus millibus equitum praemissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem; in itinere, de praelio facto,  
Bru-

*decir que te podré dar el galardón. Porque à tan grandes mercedes como tú me has hecho, no entiendo que podré corresponder: si ya no aceptas por galardón el acordarme de ellas, como tú me lo escribiste con mucha gravedad y discrecion. Si se tratára de la honra de un hijo tuyo, no lo pudiera tratar con mayor amor. Porque bien entendido tengo, que en tus primeros votos me honraste con infinitas honrras y los postreros los conformaste con el tiempo y voluntad de los míos; y en mi honra y favor hiciste continuas y perpetuas oraciones; y con mis emulos, por bolver por mi honra, has tenido grandes altercaciones y contiendas. Obligacion me queda de tener mui gran cuidado de mostrarme en servicio de la república, ciudadano digno de tus alabanzas; y en tu amistad, hombre ni olvidado ni desagrado. Lo que me resta rogarte es, que procures de amparar esa merced que me has hecho; y defenderme y bolver por mi honra, si por la obra y suceso vieres que yo soi aquel que tú deseaste que fuese.*

*Yo pasé el Rone con todo mi campo, habiendo embiado delante à mi hermano con tres mil hombres de à cavallo, y enderecé mi camino la buelta de Módena; y marchando para allá tuve nueva en el camino de la batalla que se havia dado, y entendí como ya se havia le-*  
van-

Brutoque et Mutina obsidione liberatis, audivi. Animadverti, nullum alium receptum Antonium, reliquiasque quae cum eo essent, habere, nisi in his partibus: duasque ei spes esse propositas; unam Lepidi ipsius, alteram exercitus. Quod quaedam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt, equitatum revocavi: ipse in Allobrogibus constiti, ut periade ad omnia paratus essem, ac res me mōneret. Si nudus huc se Antonius conferet, facile mihi videor per me sustinere posse, remque publicam ex vestra sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur. Si vero copiarum aliquid secum adducet, et si decima legio veterana, quae nostra opera revocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit; tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me: idque me praestaturum spero, dum istinc copiae traiciantur, coniunctaeque nobiscum facilius perditos opprimant.

Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum, neque diligentiam mihi defuturam. Cupio mēhercules nullam residuam sollicitudinem esse; sed si fuerit,  
nec

*vantado el cerco de sobre Módena, y como Bruto estaba libre. Consideré que Antonio, y los que con él se havian escapado de la batalla, no tenían otro refugio sino el de estas partes: y que podía Antonio tener una de dos esperanzas; una en el mismo Lepido, y otra en su egército. Y porque cierta parte del egército de Lepido está no menos furiosa que los que estuvieron con Antonio, di orden à la cavalleria que se holviere: è hice alto en Saboya, para estar apercebido para todo lo que se ofreciese, y el negocio me obligase. Si Antonio arriba aquí rompido, entiendo que por mí à solas podré facilmente resistirle, y defender à vuestro gusto y contento la república, aunque el egército de Lepido lo ampare. Pero si trae consigo algun número de gentes, y si la decena legion de los soldados viejos, la qual yo con mi industria la he reducido à la voluntad de las otras, diere en la misma frenesia; yo procuraré que por esta parte no se reciba ningun daño: lo qual confio que podré estorvar, basta que pase de aí aqui el campo, y juntandose con el mio arruinemos mas facilmente à esta gente perdida.*

*Esto te ofrezco, amigo Ciceron, que ni me faltará el ánimo, ni la diligencia. Porque realmente que deséo que no nos quede rastro de cuidado: pero si lo huviere, no daré à nadie*

nec animo , nec benevolentiae , nec patientiae cuiusquam pro vobis cedam. Do quidem ego operam , ut etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem : omniaque ei obsequia polliceor , si modo rempublicam respicere volet. Utor in hac re adiutoribus interpretibusque , fratre meo , et Laterense , et Furnio nostro. Non me impediunt privatae offensiones , quo minus pro reipublicae salute etiam cum inimicissimo consentiam. Quod si nihil profecero , nihilominus maximo sum animo : et maiore fortasse cum mea gloria vobis satisfaciam. Fac valeas , meque mutuo diligas.

## ARGUMENTUM.

*Nuntiat quae ad opprimendum Antonium et egerit , et acturus sit.*

Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C.

XV. **H**is literis scriptis , quae postea accidissent , scire te , ad rempublicam putavi pertinere. Sedulitas mea ( ut spero ) et mihi , et reipublicae tulit fructum. Nam-

*die la ventaja en mostrar ánimo , voluntad , y paciencia , en lo que à vosotros toque. Procuro tambien de atraer à este mi parecer à Lepido : y para ello le hago todas las ofertas que à mí me son posibles , solamente él quiera mirar por el bien público. Pongo para esto por medianeros y terceros à mi hermano , y à Laterense , y tambien à nuestro amigo Furnio. Ni serán parte mis particulares desabrimientos , para que yo no me conforme aun con el mayor enemigo que tenga , en lo que toca à la conservacion de la libertad. Y ya que no me aproveche esto cosa ninguna , con todo eso tengo grande ánimo : y por ventura con mayor honrra mia haré en vuestro servicio lo que debo. Tén cuenta con tu salud , y con corresponderme al amor y voluntad que te tengo.*

## ARGUMENTO.

*Cuenta lo que havia hecho y haria para arruinar à Antonio. Año de la fundacion de Roma 710.*

## PLANCO A M. T. C.

XV. **A**unque ya te havia escrito otra carta , con todo eso me ha parecido ser cosa conveniente à la república darte noticia de lo que despues acá ha sucedido. La diligencia que yo he puesto , ha hecho ( à lo que confio ) gran bien à mí y à la república. Porque yo he

Namque assiduis internuntiis cum Lepido egi, ut omissa omni contentione, reconciliataque voluntate nostra, communi consilio reipublicae succurreret: se, liberos, urbemque pluris, quam unum perditum abiectumque latronem, putaret: obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur. Profeci itaque per Laterensem internuntium: fidem mihi dedit, se Antonium, si prohibere provincia sua non potuisset, bello persecuturum. Me, ut venirem copiasque coniungerem, rogavit: eoque magis, quod et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, et Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis ante diebus, decem qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitis cunctatus non sum: in cursu bonorum consiliorum Lepidum adiuvandum putavi. Adventus meus quid profecturus esset, vidi: vel quod equitatu meo persequi atque opprimere equitatum eius possem; vel quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta est et ab republica alienata, et corrigere et coercere praesentia mei exercitus possem. Itaque in

Isa-

he procurado con medianeros ordinarios de tratar con Lepido, que dejadas aparte contien- das, y reconciliando nuestras voluntades, de comun concordia defendiese la república: que preciase mas su propia persona y honra, sus hijos y la ciudad, que no à un ladron perdido y abatido: y que si asi lo hacia, tendria mi voluntad obediente à todo lo que él quisiese. Y asi con el favor de Laterense, que ha sido mi medianero, he aprovechado tanto, que me ha dado su palabra de perseguir con armas à Antonio, ya que no pueda estorvarle la entrada en su provincia. Y hame rogado, que yo vaya y junte con él mi campo: y señaladamente, porque dicen que Antonio está bien apercebido de cavalleria, y Lepido no la tiene ni aun mediana. Porque aun de aquellos poquillos que tenia, se me han pasado à mi campo, no ha muchos dias, diez de los mejores. Quando yo entendí esto, no puse en ello dilacion: sino que mientras aquellos buenos propositos estaban calientes, determiné de favorecerle. Porque entendí el provecho que de mi venida havia de resultar: porque ò podria con mi cavalleria dar caza à la de Antonio y arruinarla; ò con la presencia de mi ejército corregir y refrenar aquella parte del ejército de Lepido, que está gastada y no con buen proposito en favor de la república. Y asi en espacio de

117

Isara ; flumine maximo quod in finibus est Allobrogum , ponte uno die facto, exercitum ad iv. id. Maii traduxi. Quum vero mihi nuntiatum esset , L. Antonium praemisum cum equitibus et cohortibus ad Forum Iulii venisse ; fratrem cum equitum quatuor millibus , ut occurreret ei , misi (\*) ad pridie idus Maii. Ipse maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis , et reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocri modo fortuna reipublicae adiuverit ; et audaciae perditorum , et nostrae sollicitudinis hic finem reperiemus. Quod si latro , praecognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere coeperit, Bruti erit officium occurrere ei : cui scio nec consilium nec animum defururum. Ego tamen , si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam , qui sequatur , Italiam a vastatione defendat. Fac valeas , meque mutuo diligas.

AR-

(\*) Alii : a. d. quintum id. Maii. Sicut et supra : a. d. quartum id. Maii.

*un día hice una puente en Isara , que es un río muy grande en la tierra de Saboya , y pasé mi campo à los doce de Mayo. Y teniendo nueva ; que Lucio Antonio venia del ante con la cavalleria y ciertas compañías de infanteria , y que havia ya arribado (\*) à Friolo ; à los catorce de Mayo embié à mi hermano con quatro mil cavallos para que le resistiese. Yo con la mayor prisa que pueda , le iré en el alcance con quatro legiones bien apercebidas , y con la demás cavalleria. Si la fortuna de la república nos diere un poco de favor ; aqui daremos fin al atrevimiento de esta gente perdida , y à nuestras congojas. Y si el ladron , certificado de mi venida , comenzáre otra vez à dar la buelta ácia Italia , tocará al cargo de Bruto salirle al encuentro : al qual sé yo que ni le faltará consejo ni tampoco esfuerzo para ello. Pero con todo eso , si ello sucediere asi , yo embiaré à mi hermano con toda la cavalleria , para que le vaya en seguimiento , y defienda à Italia de toda ruina y perjuicio. Tén cuenta con tu salud , y con amarme como yo te amo.*

AR-

(\*) Esto es : à Friuli.



## ARGUMENTUM.

*Gratissimas senatui fuisse Planci literas, factamque S. C. significat; et ut in subitis rebus senatus consilium ne exspectet, sed ipse a sese consilium capiat, auctor est.*

Anno U. C. 710.

## M. T. C. PLANCO.

XVI. **N**ihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas (Plance) literas. Redditae sunt enim, frequenti senatu, Cornuto; quum is frigidas sane et inconstantes recitasset literas Lepidi. Sub eas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus. Cum rebus enim ipsis essent, et studiis beneficisque in rempublicam gratissimae; tum erant gravissimis verbis et sententiis (\*). Flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de tuis literis. Ille se considerare velle. Quum ei magnum convicium fieret cuncto a senatu, quinque tribuni plebis refulerunt.

Ser-

(\*) i. e. perscriptae, ut addit Lambinus.

## ARGUMENTO.

Dicele el gran gusto que havia recibido el senado por su carta, y la ordenacion que se havia hecho; y le encarga que en las cosas repentinas no espere consulta del senado, sino que obre conforme su prudencia le dicte.

Año de la fundacion de Roma 710.

## M. T. C. A PLANCO.

XVI. **N**O creo, que despues acá que los que oi viven se acuerdan, baya sucedido cosa mas honrosa, (amigo Planco) ni que mas en gracia baya caído, ni tampoco que a mejor sazon baya sucedido, que tu carta. La qual se dió en manos del pretor Cornuto, haviendo harto número de senadores; despues de haver él leído una de Lepido harto fria y de mui poca firmeza. Luego trás de aquella se leyó la tuya con mui grandes aclamaciones. Porque demás de que caía en mucha gracia al senado por las cosas que trataba, y por el aficion y buenas obras que mostraba en favor de la república; venia escrita con mui graves palabras y sentencias. Comenzó el senado de importunar a Cornuto, que la pusiese en consulta. El respondió, que miraría en ello. Y como todo el senado le decia por ello muchas pesadumbres, pusieronla en consulta cinco tribunos del pueblo. Pidiendole el parecer

Servilius rogatus rem distulit. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum. Ea quae fuerit, ex senatus-consulto cognosces. Tu, quanquam consilio non eges, vel abundas potius; tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reiicias: neve in rebus tam subitis, tamque angustis a senatu consilium petendum putes. Ipse tibi sis senatus: quocunque te ratio reipublicae ducet, sequere. Cures, ut ante factum aliquid a te egregium audiamus, quam futurum putarimus. Illud tibi promitto, quidquid a te erit factum, id senatum non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum, comprobaturum. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Praesentem belli statum describit, cum excusatione fratris a se dimissi, et commendatione suae dignitatis.*

Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C.

XVII. Antonius id. Maii ad For-  
**A**rum Iulii cum primis  
 copiis venit. Ventidius bidui spatio  
 ab-

*cer à Servilio, dijo, que el suyo era que aquel negocio se dilatase. Yo digo el mio, con el qual se conformaron todos sin quedar ninguno. Qué parecer fué, por la misma ordenacion lo entenderás. Tú, aunque no tienes necesidad de consejo; ò por mejor decir te sobra; con todo eso has de tener ánimo de no embiar à consultar acá cosa ninguna: ni esperar consulta del senado en cosas tan repentinas, y puestas en tanto riesgo y aprieto. Tú mismo te has de ser senado: y seguir donde el discurso del bien público te guie. Y procura, que antes entendamos que has hecho algun hecho de fama, que tuviesemos por entendido que tal podria acaecer. Lo que yo te aseguro es, que todo lo que tú hicieres, lo dará el senado por bien hecho, y tratado no solamente con fidelidad, pero con sabiduria. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Cuentale el estado de la guerra; excusa el haverse retirado su hermano, y le encarga buelva por su honra. Año de la fundacion de Roma 710.

## PLANCO A M. T. C.

XVII. Antonio arribó (\*) al Foro de Julio con la primera parte de su campo à los quince de Mayo. Ventidio viene  
 Tom.III. O trás

(\*) Esto es: à Friuli.

abest ab eo. Lepidus ad (\*) Forum Voconii castra habet, qui locus a Foro Iulii quatuor et viginti millia passuum abest; ibique me expectare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra et ipse et fortuna servarit; recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confecturum. Fratrem meum, assiduus laboribus concursationibusque confectum, graviter se habuisse, antea mihi scripsi. Sed tamen quum primum posse ingredi coepit, non magis sibi quam reipublicae se convaluisse existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coegi isto proficisci: quod et illa valetudine magis conficere se, quam me iuvare posset in castris; et quod acerbissimo interitu consulum rempublicam nudatam, tali cive praetore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si quis vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tandem, quod ego desiderabam, fecit ut Apellam ad me mitteret,

quo

(\*) Oppidum Massiliam inter et Antipolim situm.

trás de él dos jornadas. Lepido tiene su campo junto al Foro de Voconio, que es un lugar apartado del Foro de Julio ocho leguas; y allí ha determinado de aguardarme, según me ha escrito por su carta. Y si él y la fortuna no me hacen quiebra, yo os ofrezco, que yo daré de presto cabo al negocio mui à vuestro gusto. Ya antes de aora te he escrito, como mi hermano ha estado mui mal dispuesto y fatigado de los continuos trabajos y corridas. Quando ha comenzado à levantarse, pareciendole que havia cobrado las fuerzas, tanto para el servicio de la república como para si mismo, queria ser en todas las empresas y peligros el primero. Pero yo no solamente le he encargado, mas aun hebole fuerza que se fuese à Roma: porque con tan poca salud mas se consumirá en el campo, que no me ayudará; y tambien porque en esta tan triste muerte de ambos los consules, quedando la república tan despojada de gobierno, me pareció que tendria necesidad de un tan buen ciudadano y pretor para la administracion de los cargos de la ciudad. Y si à alguno de vosotros esto no le pareciere bien, entienda que à mí me faltó la prudencia en el aconsejarle, y no à él la fidelidad en el emplearse en servicio de la patria. Ya en fin ha hecho Lepido lo que yo tanto deseaba, que ha sido embiarme à Apela, para que lo

O 2

tu-

quo obside (\*) fide illius et societatis in re publica administranda uterer. Studium mihi suum L. Gellius, de tribus fratribus (\*\*). Sex. Gaviano probavit: quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus. Amicum eum reipublicae cognosse videor: libenterque ei sum testimonio, et omnibus ero qui bene merentur. Fac valeas, meque mutuo diligas; dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti.

## ARGUMENTUM.

*Narrat quibus causis ad Lepidum proficiscatur.*  
Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C.

XVIII. **Q**uid in animo habuerim, quum Laevus Nervaque discesserunt a me, et ex literis quas eis dedi, et ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini prudenti et cupido satisfaciendi reipublicae bonisque omnibus accidere solet; ut consilium se-

(\*) Fide pro fidei. Ut die pro diei. Georg. I. 208. Vide Gellium, IX. 14.

(\*\*) Mss. Segaviano. Vetus editio, Segavianis: unde H. Valesius, Segalaunis, Notit. Gall. pag. 581.

*tuviere como en rebenes de su fidelidad y concordia en la administracion de la república. En lo qual Lucio Gelio me ha dado contento, así como en el negocio de los tres hermanos lo ha dado à Sexto Gaviano: el qual ha sido mi ultimo medianero para con Lepido. Pareceme que tiene buena voluntad à la república: de lo qual de buena voluntad le hago relacion, y la haré à todos los que lo merecieren. Tén cuenta con tu salud, y procura de amarme, como yo te amo; y defender mi honra, si lo merezco, como hasta aqui lo has hecho con singular aficion y voluntad.*

## ARGUMENTO.

*Cuentale por que razones vá à juntarse con Lepido.*  
Año de la fundacion de Roma 710.

## PLANCO A M. T. C.

XVIII. **Q**ué intento tenia yo, quando mis embajadores Levo y Nerva se partieron de aqui, ya lo havrás podido entender por la carta que con ellos te escribí, y por la relacion que ellos te havrán hecho, pues se han hallado presentes en todos mis hechos y consejos. Hame acaecido lo que à un hombre de vergüenza y deseoso de satisfacer à la república y à todos los buenos suele acaecer; que he querido mas seguir un

sequeret periculosum magis, dum me probarem, quam tutum, quod habere posset obrectationem. Itaque post discessum legatorum, quum binis continuis literis et Lepidus me ut venirem rogaret, et Laterensis multo etiam magis, prope implorans, obtestaretur, non ullam rem aliam extimescens, quam eandem, quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus eius; non dubitandum putavi quin succurrerem, meque communi periculo offerrem. Sciebam enim, etsi cautius illud erat consilium, exspectare me ad Isaram dum Brutus traiceret exercitum, et cum collega consentiente, exercitu concordi et bene de republica sentiente, hostibus obviam ire; tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciae meae aut timori videbam, si aut hominem offensum mihi, coniunctum cum republica non sublevassem; aut ipse a certamine belli tam necessarij me removissem. Itaque potius periclitari volui, si posset mea praesentia et Lepidum tueri, et exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri.

Sol-

*consejo peligroso, por no dar que decir de mí, que no otro seguro que diera que murmurar á los maliciosos. De manera, que despues que se partieron de aquí mis embajadores, por haverme rogado Lepido con dos cartas arreo que fuese, y por havermelo pedido con un extraño encarecimiento y casi con lagrimas Laterense, determiné de socorrerle, y ponerme al comun peligro, no recelandome de otra cosa, sino de esta que me hace estar con temor, que es la poca firmeza y fidelidad de los soldados de Lepido. Porque aunque yo veía, que era mas sano y mas seguro consejo esperar en la ribera de Isara hasta que Bruto pasase con su campo, y resistir á los enemigos en conformidad de mi colega, y con un ejército concorde y bien animado en favor de la república; con todo eso entendia, que si Lepido teniendo buen proposito recibiese algun daño, todos lo atribuirian á mi terqueria ó cobardia, diciendo, que ó yo no havia querido dar socorro á un hombre que tenia buena opinion de la república, por los particulares enojos que entre nosotros ha havido; ó que havia querido huir el lado á una batalla tan importante y necesaria. Y así he querido mas ponerme en peligro, por ver si podria con mi presencia defender á Lepido, y reformar los animos de sus soldados, que no parecer demasiadamente cuerdo. Yo creo real-*  
men-

Sollicitiorem certe hominem non suis contractis neminem puto fuisse. Nam quae res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit; ea nunc magnam affert sollicitudinem, magnumque habet casum. Mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Antonio, non mehercules horam constitisset: tantum ego et mihi confido, et sic percussas illius copias, Ventidiique mulionis castra despicio. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quam sciri curarique possit. Sed certe, (\*) nisi uno loco me tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quae bene de republica sentit. Magnam etiam perditum hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. Quae si adventus meus represserit, agam gratias fortunae constantiaeque meae, quae me ad hanc experientiam excitavit. Itaque ad XII. kal. Iun. ab Isara castra movi: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positus reliqui,

(\*) Alii: nisi uno loco metaremur.

mente, que no hai hombre à quien las culpas ajenas lo tengan puesto en mayor cuidado que à mí. Porque en un negocio que no tenia dificultad ninguna, si aqui no estuviera Lepido con egército; me hace esto estar con mui gran cuidado y gran peligro. Porque si yo huviera podido tener el primer encuentro con Antonio, realmente no me huviera durado una hora el derribarlo: segun tengo de mí y de mi campo buen concepto, y tan poco caso bago de su gente desbaratada, y del campo de Ventidio el acemilero. Pero no puedo dejar de temer, si dentro del cuero está escondida alguna apostema, la qual antes nos puede perjudicar, que nosotros la podamos sentir ni remediar. Pero realmente, que si yo no me huviera estado quedo en un puesto, se huviera visto en gran peligro Lepido, y tambien aquella parte de su campo que tiene buena opinion de la republica. Y à esta gente perdida les huvieran crecido mucho las fuerzas, si huvieran atraido à sí alguna parte del egército de Lepido. Lo qual si lo estorvare mi venida, daré mui grandes gracias à la fortuna, y tambien à mi constancia, la qual me ha dado espuelas para hacer esta experiencia. Y así levanté mi campo de la ribera de Isara à los veinte y uno de Mayo: y la puente que havia hecho en Isara la degé fortificada con dos castillos puestos à los dos

ex-

praesidiaque ibi firma posui, ut venienti Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus octo quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me coniungam. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Gratiarum actionem sibi gratam fuisse, et literis eius senatum delectatum, significat; et ut reliquias belli conficiat, hortatur.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. PLANCO.

XVIII.

**Q**uanquam gratiarum actionem a te non desiderabam, quum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum; tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periuicunda. Sic enim vidi, quasi ea quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem; sed nunquam illustrius. Literae tuae mirabiliter gratae sunt senatui, cum rebus ipsis, quae erant gravissimae et maximae, fortissimi animi summique consilii; tum etiam gravitate sententiarum atque verborum. Sed (mi Plance) incumbe,  
ut

*extremos, dejando en ellos muy buenos presidios, para que quando Bruto venga con su campo, pueda pasar sin detenerse nada. Yo confio, que dentro de ocho dias despues de la data de esta carta, me juntaré con Lepido. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Dicele el gusto que ha recibido porque le dá gracias, el contento que ha dado al senado su carta; y le encarga dé fin à la guerra.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A PLANCO.

XVIII.

**A**unque no se me daba nada que no me escribieses dandome las gracias, pues por la obra y en la voluntad conozco que eres muy agradecido; con todo eso (à decirte la verdad) me ha dado tu carta muy en gusto. Porque he visto, como quien lo vé con ojos corporales, que me quieres mucho. Dirásme, y hasta aora no? Siempre lo he visto realmente; pero aora muy mas à la clara. Tu carta ha dado muy extraño contento al senado, así por las cosas que en ella escribes, que son de mucha importancia y gravedad, y de un ánimo muy prudente y valeroso; como tambien por la gravedad de las sentencias y palabras con que venia escrita. Pero (amigo Plan-

ut belli extrema perficias. In hoc erit summa et gratia et gloria. Cupio omnia reipublicae causa. Sed mehercules in ea conservanda iam defatigatus, non multo plus patriae faveo, quam tuae gloriae: cuius maximam facultatem tibi immortalis (ut spero) dedere; quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum teterrimum periculosissimumque confecerit. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Petit, ut de Lepidi fide significet, utrum remp. sequatur, an Antonium? hortaturque, ut reliquias belli opprimat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. PLANCO.

XX. **I**Ta erant omnia quae istinc afferebantur incerta, ut quid ad te scriberem non occurreret. Modo enim quae vellemus de Lepido, modo contra nuntiabantur. De te tamen fama constans, nec decipi posse nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam; alterum, proprium est prudentiae tuae. Sed accepi literas a col-

*Planco) echa el resto de tus fuerzas en dar fin à esta guerra. Porque en esto te vá todo el resto de tu favor y gloria. Yo deséo vér en toda prosperidad à la república. Pero como me canso ya realmente de sustentarla, casi deséo tanto el acrecentamiento de tu honra, como el bien de la patria: y pues Dios te ha dado muy grande ocasion (como confio) para acrecentar tu honra; yo te ruego, que la abrace y te valgas de ella. Porque el que à Antonio derribáre, este será el que concluirá esta guerra abominable y peligrosa. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Ruegale, que le avise de lo que siente del ánimo de Lepido, si es favorable à la república ò à Antonio? y le encarga que dé fin à la guerra. Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A PLANCO.

XX. **H**Ai tan poca firmeza en las nuevas que de aí vienen, que no sé que escribirte. Porque unas veces nos cuentan de Lepido lo que deseamos, y otras lo contrario. Pero de tí siempre están firmes las buenas nuevas, que ni te pueden engañar ni derribar: de las quales dos cosas en la una tiene su parte la ventura; pero la otra es propia posesion de tu prudencia. Aunque tu colega me  
ba



collega tuo datas idibus Maiis , in quibus erat , te ad se scripsisse , a Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius , si tu ad nos idem scripseris. Sed minus audes , fortasse propter inanem laetitiam literarum superiorum. Verum ut errare , mi Plance , potuisti , ( quis enim id effugerit ? ) sic decipi te non potuisse , quis non videt ? Nunc vero etiam iam erroris causa sublata est. Culpa enim illa , *Bis ad eundem* , vulgari reprehensa proverbio est. Sin , ut scripsisti ad collegam , ita se res habet , omni cura liberati sumus : nec tamen erimus , prius quam ita esse tu nos feceris certiores. Mea quidem ( ut ad te saepius scripsi ) haec sententia est : qui reliquias huius belli oppreserit , eum totius belli confectorem fore : quem te et opto esse , et confido futurum. Studia mea erga te , quibus certe nulla esse maiora potuerunt , tibi tam grata esse , quam ego putavi fore , minime miror , vehementerque laetor. Quae quidem tu , si recte istic erit , maiora et graviora cognosces. III. kal. Iun.

AR-

*ha escrito una carta dada à los quince de Mayo , en que me dice le has escrito , que Lepido no se confedera con Antonio. Pero por mas cierto lo tendríamos , si tú nos lo escribieses. Aunque por ventura no osas , por el falso alegon que por otra carta nos diste. Pero , amigo Planco , asi como te pudiste entonces enganar , ( porque quién puede acertarlo todo ? ) asi tambien entiende todo el mundo , que no has podido ser de ellos engañado. Pero aora ya no tienes ocasion de errar. Pues sabes que es dicho vulgar , Que no es de hombre discreto tropezar dos veces en una misma piedra. Y si lo que à tu colega le escribiste es verdad , no tenemos de que tener cuidado : aunque no estaremos sin él , hasta que tú nos escribas ser ello asi verdad. Lo que yo de esto entiendo ( como ya muchas veces te he escrito ) es : que el que arruináre los relieves de esta guerra , este será el que la concluirá : el qual de séo que seas tú , y lo confio asi que lo has de ser. De que la aficion que yo en lo que à ti te toca nuestro , que es la mayor que es posible , te dé tanto contento , quanto yo siempre he tenido por cierto te daria , no me maravillo , sino que me alegre en extremo. Aunque si de aí salieremos con bien , verás por la obra cuánto mayor será y de mas importancia. Dada à los veinte y nueve de Mayo.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Perfidiam Lepidi, coniunctionemque cum Antonio nuntiat: subsidium copiarum mitti postulat: suam dignitatem commendat.*

Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C.

XXI. **P**Uderet me inconstantiae mearum literarum, si non haec ex aliena levitate penderent. Omnia feci, quare, Lepido coniuncto ad rempublicam defendendam, minore sollicitudine vestra perditis resisterem. Omnia ei perenti recepi, et ultro pollicitus sum; scripsique tibi biduo ante, confidere me, bono Lepido esse usurum, communique consilio bellum administraturum. Credidi chirographis eius, affirmationi praesentis Laterensis qui tum apud me erat, reconciliaremque me Lepido, fidemque haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo sperare. Illud certe cavi et cavebo, ne mea credulitate reipublicae summa fallatur. (\*) Quum, in Isara flumine uno die ponte effecto, exer-

(\*) Alii: Quum Isaram flumen, uno die ponte confecto, cet.

## ARGUMENTO.

Cuenta la traicion de Lepido, y su confederacion con Antonio: pide nuevo egército: y le encarga buelva por su honra.

Año de la fundacion de Roma 710.

## PLANCO A M. T. C.

XXI. **R**Ealmente que me correria de la poca firmeza de mis cartas, sino dependiese de la agena liviandad. Yo he procurado por todos los medios posibles de resistir à estas cosas, perdidas con mui poca pena y cuidado vuestro, confederandome con Lepido en el defender la libertad. Le he ofrecido todo lo que me ha pedido, y aun de mi propia voluntad le he prometido toda cosa; y te escribi dos dias ha, que tenia buena esperanza de que Lepido nos seria favorable, y que los dos de conformidad de voluntades administrariamos esta guerra. Di credito à una carta escrita de su mano, y à la palabra de Laterense que entonces estaba conmigo, y rogabame que bolviese en amistad con Lepido, y me fiase de él. Pero él no nos ha dado lugar de que mucho tiempo tuviesemos de él buena esperanza. De lo que yo me he guardado y me guardaré siempre es, de no perjudicar la suma de la republica, dando ligeramente à nadie credito. Haviendo hecho una puente en Isara en espacio de un dia,

exercitum traduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipse, ut maturarem venire: praesto mihi fuit stator eius cum literis, quibus ne venirem denuntiabat; se posse per se conficere negotium; interea ad Isaram expectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilominus ire decreveram, existimans eum socium gloriae vitare. Putabam posse me nec de laude ieiuni hominis delibare quidquam: et subesse tamen propinquis locis, ut si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego non, malus homo hoc suspicabar. At Laterensis, vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi literas: in eisque desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque se destitutum, aperte denuntiat, videam ne fallar; suam fidem solutam esse; reipublicae ne desim. Exemplar eius chirographi Titio misi. Ipsa chirographa omnia, et quibus credidi,

et

*y pasado por ella mi campo, poniendo la diligencia que la grandeza del negocio requeria, por haverme pedido Lepido por su carta que fuese: me embió un criado suyo con una carta, en que me decia que no fuese; porque él por sí mismo podria concluir el negocio; y que entre tanto le esperáse en Isara. Pero decirte he mi temeraria determinacion: con todo eso determiné de ir, creyendo que Lepido lo hacia por quererse él solo ganar la honra. Porque hacia cuenta que no havia para que querer participar de la honra de un hombre que tan flaco estaba en ella: pero que convenia estar cerca de allí, para poderle socorrer de presto, si acaso le fuese mal en su empresa. Esto sospechaba yo como hombre no nada doblado. Pero Laterense, como hombre de mucha bondad, me escribió una carta de su propia mano: y por ella me embió à decir, como tenia ya perdida la confianza de su propia vida, y de la fidelidad del ejército, y así mismo de la de Lepido; y quejandose de la falta que le havia hecho Lepido, me encargaba abiertamente, que miráse por mí no me engañasen; que en la palabra que à él le havia dado Lepido, no havia ya firmeza ni seguridad alguna; y que procuráse yo de no faltar à la república. Un traslado de esta carta escrita de mano de Laterense embio con Ticio. Los mismos originales, à quien*

et ea quibus fidem non habendam putavi, Laevo Cispio dabo perferenda, qui omnibus his interfuit rebus. Accessit eo, ut milites eius, quum Lepidus concionaretur, improbi per se, corrupti etiam per eos qui praesunt, Canidios, Rufrenosque, et caeteros, quos quum opus erit scietis, conclamarint viri boni, pacem se velle; neque esse cum ullis pugnatos, duobus iam consulibus singularibus occisis, tot civibus pro patria amissis, hostibus denique omnibus iudicatis, bonisque publicatis. Neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut sanarat. Huc me venire, et duobus exercitibus coniunctis oblicere exercitum fidelissimum, auxilia maxima, principes Galliae, provinciam cunctam, summae dementiae et temeritatis esse vidi: mihi quoque, si ita oppressus essem, remque publicam mecum perdissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque defuturam. Ita que rediturus sum: nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam. Ut exercitum locis habeam opportunis,  
pro-

*di credito, y à quien me pareció no darlo, quando vaya allá Levo Cispio, que se ha ballado presente en todo esto, se los daré que los lleve. Acaeció tambien, que estando Lepido haciendo un razonamiento à sus soldados, ellos que de suyo estaban mui gastados, y demás de esto sobornados por los que tienen cargos, Canidios, Rufrenos, y los demás, que quando sea menester ya os diremos quien son, alzaron los hombres de bien un gran alarido diciendo, que ellos querian paz; y que no alzarían espada contra nadie, viendo ambos los consules muertos, personas de tanto valor, y habiendo perecido tantos ciudadanos por la patria, y finalmente viendolos à todos dados por rebeldes, y confiscadas sus haciendas. Este atrevimiento ni Lepido lo castigó, ni lo corrigió. Parecióme que era locura y mui grande temeridad ir allá, y poner en peligro contra dos exercitos unidos un ejército tan fiel como éste, y tantos socorros, y los principales de Francia, y finalmente toda la provincia: porque si yo allí pereciera, y juntamente conmigo arruinára la república, no solamente despues de muerto no mereciera yo honra ninguna, pero ni aun que nadie tuviera compasion ni lástima de mí. Y así hago cuenta de retirarme: y no consentir que à gente tan perdida les crezcan tanto las fuerzas. Yo tendré mi campo en puestos conven-*  
nien-

provinciam tuear, etiam si ille exercitus descierit, omniaque integra servem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, parique felicitate rempublicam hic vindicetis. Nec depugnare, si occasio tulerit; nec obsideri, si necesse fuerit; nec mori, si casus inciderit, pro vobis, paratior fuit quisquam. Quare hortor te, mi Cicero, exercitum huc traiciendum quam primum cures; et matures prius quam hostes magis corroborentur, et nostri perturbentur. In quo si celeritas erit adhibita, respublica in possessione victoriae, deletis sceleratis, permanebit. Fac valeas, meque diligas.

Fratrem meum tibi, fortissimum civem et ad omnia paratissimum, excusam literis? qui ex labore in febriculam incidit assiduam et satis molestam. Quum primum poterit, istuc recurrere non dubitabit, ne quo loco reipublicae desit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. Concupiscere me nihil oportet. Habeo te et amantissimum mei,  
et,

nientes, y defenderé la provincia, y procuraré de conservarlo todo en salvo, aunque el ejército de Lepido nos haga traición, basta que embieis egercitos acá, y tengais aqui tan venturoso suceso como en Módena. Ninguno habrá mas aparejado que yo, para pelear por vosotros, si fuere menester; y para padecer cerco, si me obligáre la necesidad; y aun para morir en la demanda, si asi lo quisiere la desgracia. Y asi te encargo, amigo Ciceron, que dés orden como luego venga aqui egército con mucha presteza, antes que los enemigos cobren mas fuerzas, y los nuestros vengan à desmayar. Porque si en esto se pone diligencia, la república, derribados y arruinados los vellidos, perseverará en la posesion de la victoria. Tén cuenta con tu salud, y con quererme mucho.

No me parece que hai necesidad de excusar por carta à mi hermano, que es mui valeroso ciudadano, y aparejado para ponerse à todo riesgo: porque del mucho cansancio y trabajo ha dado en una calenturilla continua, que lo pone en harta fatiga. En poder ponerse en camino, luego bolará allá, por no hacer en ninguna cosa falta à la república. Por me hacer merced, que tengas cuenta con bolver por mi honra. Porque no tengo para que desear cosa ninguna. Pues te tengo por tan aficionado ami-  
go

et ; quod optavi , summæ auctoritatis. Tu videris , quantum et quando tuum munus apud me velis esse. Tantum te rogo in Hirtii locum me subdas , et ad tuum amorem , et ad meam observantiam.

## ARGUMENTUM.

*Respondet Planco , qui agris dividendis perfici cupiebat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. PLANCO.

XXII. **I**N te et in collega omnibus. Concordia vestra , quæ senatui declarata literis vestris est , mirifice et senatus et cuncta civitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria ; si consultus senatus esset , ut quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset , eam secutus essem : qui certe ego fuisset. Sed propter tarditatem sententiarum , moramque rerum , quum ea , quæ consulebantur , ad exitum non pervenirent ;

com-

go mio , y puesto en tanta autoridad , quanta yo he siempre deseado que tuvieses. A tu cargo quedará el ver , quanta merced me querrás hacer , y quando. Solamente te ruego , que hagas que yo sea nombrado en lugar de Hircio , porque se vea mas à la clara el amor que tú à mí me tienes , y el respeto con que yo me trato contigo.

## ARGUMENTO.

Responde à Planco , que deseaba ser repartidor de las tierras. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. - A. PLANCO.

XXII. **T**oda nuestra esperanza con el favor de Dios la tenemos puesta en ti y en tu colega. Y el senado con toda la ciudad se ha alegrado estrañamente con la conformidad de voluntades que haveis mostrado por vuestras cartas. Quanto à lo que me havias escrito del repartimiento de los terminos ; si sobre ello se huviera tenido senado , yo me huviera conformado con el que mas honrosamente huviera decretado en tu favor : el qual huviera yo sido realmente. Pero por la gran pereza que los senadores muestran en decir sus pareceres , y por la dilacion de los negocios , viendo que de ninguna cosa de las que se ponian en consulta se levantaba resolucion ; à

mí

commodissimum mihi Plancoque fratri visum est, uti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognovisse. Sed sive in senatus-consulto, sive in caeteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimae dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer exspecto, et quidem tales, quales maxime opto. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Excusat se, quod Lepido crediderit: accepto de coniunctione Lepidi et Antonii nuntio, suas copias retraxisse significat: auxilium postulat.* Anno U. C. 710.

## PLANCUS M. T. C.

XXIII. **N**Unquam mehercules (mihi Cicerone) me poenitebit maxima pericula pro patria subire, dum, si quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si unquam Lepido ex animo credidissem. Credulitas enim error est magis quam culpa; et

mi y à tu hermano Planco nos pareció usar de un medio, en el qual, quien nos puso estorvo para no salir con nuestro intento como queriamos, ya creo lo havrás entendido por carta de tu hermano Planco. Pero si è en las ordenaciones que el senado hace, è en las demás cosas ballas alguna cortedad, tèn esto por cierto, que todos los buenos te tienen tanta aficion, que ninguna manera de autoridad muy honrosa se puede pensar que no esté aparejada para darsete. Yo aguardo con mucho deséo tu carta, y tal, qual en extremo deséo. Tèn salud.

## ARGUMENTO.

Escusase del credito que dió à Lepido: cuentale que havia retirado su egército, luego que supo que se havian juntado Lepido y Antonio: pide socorro. Año de la fundacion de Roma 710.

## PLANCO A M. T. C.

XXIII. **J**Amás en verdad me arrepentiré (amigo Ciceron) de ponerme por el bien y libertad de la patria en muy graves peligros, solamente no puedan notarme de hombre arriscado, si acaso alguna desgracia sucediere. Yo confesaría que erré como indiscreto, si jamás de mi propia voluntad huviera dado credito à Lepido. Porque la facilidad en el dar credito, mas es necesidad que culpa; y es una ma-

et quidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit. Sed ego non hoc vitio pene sum deceptus : Lepidum enim pulchre noram. Quid ergo est ? Pudor me , qui in bello maxime est periculosus , hunc casum coëgit subire. Nam si uno loco essem , vererbar ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offensus , et mea patientia etiam alere bellum. Itaque copias prope in conspectum Lepidi Antonique adduxi : quadragintaque millium passuum spatio relicto casedi , eo consilio , ut vel celeriter accedere , vel salutariter recipere me possem. Adiunxi haec in loco eligendo , flumen oppositum ut haberem , in quo mora transitus esset : Vocontii sub manu ut essent , per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus , desperato adventu meo , quem non mediocriter captabat , se cum Antonio coniunxit ad IIII. kal. Iunias : eodemque die ad me castra moverunt. Vingtumillia passuum quum abessent , res mihi nuntiata est. Dedi operam Deum

*manera de necedad , que facilmente cae en el ánimo de los mas hombres de bien. Pero à mi no me trajo à riesgo de perderme esta falta: porque mui bien sabia yo quien era Lepido. Qué es pues lo que me puso en ese riesgo? La vergüenza , que en la guerra es una cosa mui peligrosa , me forzó à ponerme en esta aventura. Porque si yo me huviera estado quedo en mi puesto , temia que daria que murmurar à la gente maliciosa , diciendo que yo era mui arrimado à los enojos que tenia con Lepido , y que queria entretener la guerra con mi tan gran pereza y flemma. Y asi llegué con mi campo casi à vista de Lepido y Antonio : y dejando en medio trece leguas y una milla , hice alto , con proposito de ò acudir de presto al socorro de Lepido , ò retirarme sin perjuicio. Tuve tambien esta cuenta en el tomar del puesto , que me puse de por medio el rio , para que si viniesen contra mi , tardasen en el paso : y tambien procuré de asegurarme de los Vocontios , para poderme retirar por su tierra con seguridad. Lepido desconfiado ya de mi ida , la qual él aguardaba con mucho deséo , se juntó con Antonio à los veinte y nueve de Mayo : y ambos à dos el mismo dia levantaron su campo , y comenzaron de marchar contra mi. Estando ya à seis leguas y dos millas de mi campo , tuve aviso de ello. Y procuré con particular*



Deum benignitate, ut et celeriter me reciperem, et hic discessus nihil fugae simile haberet; non miles ullus, non eques, non quidquam impedimentorum omitteretur, aut ab illis (\*) ferventibus latronibus interciperetur. Itaque pridie Non. Iun. omnes copias Isaram traieci; pontesque quos feceram interrupi, ut spatium ad colligendum se homines haberent, et ego me interea cum collega coniungerem; quem triduo, quum has dabam literas, exspectabam. Laterensis nostri et fidem et animum singularem in rempublicam semper fatebor. Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicenda fecit eum minus sagacem. Qui quidem, quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustus in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus, et adhuc vivit, et dicitur victurus. Sed tamen de hoc mihi parum certum est. Magno cum dolore parricidarum (\*\*) elapsus sum his. Veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum recentes habebant: quod

(\*) Alii: furentibus.

(\*\*) Alii: elapsus sum his.

lar favor y merced de Dios de retirarme de presto de tal manera, que en este mi retirar no diese muestra ninguna de huída; sin perder ni soldado, ni hombre de armas ninguno, ni parte ninguna del bagage, y sin dar lugar à que cosa mia viniese à mano de aquellos celericos ladrones. Y así à los quatro de Junio pasé con todo mi campo el rio Isara; y quebré las puentes que havia hecho, para que las gentes tuviesen lugar de retirarse, y yo entre tanto pudiese juntarme con mi colega; al qual estaba aguardando para dentro de tres dias despues de la data de esta carta. De nuestro amigo Laterense siempre confesaré, que tiene singular fidelidad y amor à la república. Pero realmente que la demasiada afcion que él le tenia à Lepido, le ha hecho ser no muy sagaz para considerar estos peligros. Y así viendose engañado, quiso matarse con sus propias manos, las quales con mayor razon las havia de bolver contra Lepido. Aunque me dicen que de la herida que se dió, como le fueron à la mano, no ha muerto aun, y creen que escapará. Mas no tengo de ello nueva cierta. Pero yo me libré de las manos de los salteadores con gran disgusto de ellos. Porque venian contra mí con no menor ira y saña, que contra la misma patria. Las causas que tenian frescas de estar airados contra mí, eran éstas: el ver la diligencia

quod Lepidum castigare non destiteram , ut extingueret bellum ; quod colloquia facta improbabam ; quod legatos , fide Lepidi missos ad me , in conspectum venire vetaveram ; quod C. Catium Vestinum , tribunum militum , missum ab Antonio (\*) ad eum cum literis , interceperam. In quo hanc capio voluptatem , quod certe , quo magis me petiverunt , tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Tu ( mi Cicero ) quod adhuc fecisti , idem praesta , ut vigilanter nervoseque nos , qui stamus in acie , subornes. Veniat Caesar cum copiis , quas habet firmissimas : aut si ipsum aliqua res impedit , exercitus eius mittatur ; cuius ipsius magnum agitur periculum. Quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam , hoc omne iam convenit. Pro urbis vero salute , cur non omnibus facultatibus , quas habemus , utamur ? Quod si vos istic non defueritis , profecto ( quod ad me attinet ) omnibus rebus abunde reipublicae satisfaciam.

Te

(\*) Alii : *ad me cum literis exceperam.*

*gencia que yo havia puesto en encargar y reprehender à Lepido para que matáse el fuego de esta guerra ; el haverme parecido mal que huviese venido en habla con los rebeldes ; el no haver permitido que me pareciesen delante los embajadores que Lepido me embiaba debajo de su palabra ; el haver yo detenido à Cayo Cacio Vestino, tribuno de soldados, al qual lo embiaba Antonio con cartas para Lepido. Pero lo que mas gusto me dá en esto es ver , que tanto mayor pena les ha dado el haver quedado del agalla , quanto mayor era el fervor con que ellos venian contra mí. Tú ( amigo Ciceron ) haz lo mismo que hasta aqui has hecho, que es honrar y favorecer con toda aficion y diligencia à los que estamos con las armas en la mano. Procura que venga Cesar con el poder y egército que tiene , que es mui valeroso: ò si él tuviere algun impedimento , que embie aqui su campo ; pues tambien le vá à él en esto su parte como à los demás. Porque toda la gente ruia y rebelde que havia en el egército contra la patria, ya toda se ha juntado y hecho un cuerpo. Pues en defension de la ciudad , por qué tambien no nos valdremos nosotros de todo el poder y fuerzas que tenemos ? Porque si vosotros desde ai no nos faltarades , yo cierto ( por la parte que à mí me toca ) mui cumplidamente haré mi deber en servicio de la repú-*

Tom.III.

Q

bli-

Te quidem ( mi Ciceró ) in dies , mehercules , habeo cariorem : sollicitudinesque meas quotidie magis tua merita exacuunt , ne quid aut ex amore , aut ex iudicio tuo perdam . Opto ut mihi liceat iam , praesenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora . Octavo idus Iun. (\*) Cularone , ex finibus Allobrogum .

## ARGUMENTUM.

*Se memorem beneficiorum pollicetur : suas copias narrat : subsidium Caesariani aut Africani exercitus poscit : Octavianum , ut parum reip. amantem , carpit.*

Anno U. C. 710.

PLANCUS IMP. COS. DESIGNAT.  
M. T. C. S. D.

XXIII. **F**Acere non possum , quin in singulas res meritaque tua tibi gratias agam . Sed mehercules facio cum pudore . Neque enim tanta necessitudo , quantam tu mihi tecum esse voluisti , desiderare videtur gratiarum actionem . Neque ego libenter

pro

(\*) Cularo , postea ab Imp. Gratiano dicta *Gratianopolis* , nunc *Grenoble* . Alii legunt : *Civarona* .

*blica . Yo realmente ( amigo Cicerón ) cada día te cobro mayor afición : y las buenas obras que tú me haces , me obligan de cada día mas à andar muy desvelado , por no perder algo del amor que me tienes , y de la buena reputación en que me tienes . Deséo ya tener manera para hacer , que en presencia con mis servicios como de hijo à padre , te den muy mayor gusto las buenas obras y mercedes que me has hecho . Tén salud . Dada à los seis de Junio (\*) de Cularona en tierra de Saboya .*

## ARGUMENTO.

Ofrece tener presentes las buenas obras que le ha hecho : pide que le embien en socorro el ejército de César ó el de Africa : reprehende à Octaviano , como poco amante de la república .

*Año de la fundación de Roma 710.*

PLANCO EMP. CONSUL NOMBRADO,  
à M. T. C.

XXIII. **N**O puedo dejar de darte las gracias por cada cosa y merced que me haces . Aunque realmente que me corro de ello . Porque una tan estrecha amistad , como la que tú has tenido por bien que huviese entre nosotros , no parece que tiene necesidad de estos cumplimientos . Y yo muy contra mi

Q<sub>2</sub>

vo-

(\*) Abril leyó , de Civarona : pero debe decir , de Cularona , como va en el texto latino , y es la ciudad que oi llamamos *Grenoble* .

pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis : et malo praesens observantia , indulgentia , assiduitate memorem me tibi probare. Quod si mihi vita contigerit , omnes gratas amicitias , atque etiam pias propinquitates , in tui observantia , (\*) indulgentia , assiduitate vincam. Amor enim tuus , ac iudicium de me , utrum mihi plus dignitatis in perpetuum , an voluptatis quotidie sit allaturus , non facile dixerim. De militum commodis fuit tibi curae ; quos ego non potentiae meae causa ( nihil enim me non salutariter cogitare scio ) ornari volui a senatu : sed primum , quod ita meritis iudicabam ; deinde , quod ad omnes casus coniunctiores reipublicae esse volebam ; novissime , ut ab omni omnium sollicitatione aversos , tales vobis praestare possem , quales adhuc fuerunt.

Nos adhuc hic omnia integra sustinui-  
mus.

(\*) Alii : diligentia.

voluntad correspondo à tantas mercedes como tú me haces , con un tan vil servicio como es el cumplimiento de palabras : y deseo más que tú me tengas por hombre que tengo en memoria las mercedes que recibo , viendo por experiencia el respeto y afición , y la continua voluntad que muestro en tu servicio. Y si Dios me dá vida , yo me señalaré mas en el tenerte respeto , afición , y continua voluntad , que se han señalado los mas aficionados amigos , y aun los hijos de respeto. Porque no te sabria decir , si será mayor la honra que me acarreará para siempre el amor que me tienes , y la buena opinion que tienes de mí , ó si es mayor el contento que yo de ello recibo cada dia. Mucha cuenta has tenido con el bien de mis soldados ; à los quales yo deseé que el senado les hiciese alguna honra , no en verdad por acrecentar mi autoridad ni poder ( porque bien satisfecho estoi de mí que no deseo cosa ninguna perjudicial à la república ) : sino primeramente , porque los tenía por hombres que lo merecian ; demás de esto , porque deseaba que para todo lo que se ofreciese estuviesen favorables y aficionados à la república ; y finalmente , para que quedando ellos libres de todo peligro de soborno ; os los pudiese yo mostrar tales en vuestro servicio , quales han sido hasta aqui.

Aqui hasta aora todo lo tenemos en pie. Y

mus. Quod consilium nostrum, etsi quanta sit aviditas hominum, non sine causa, talis victoriae, scio; tamen vobis probari spero. Non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subsidia respublica habet expedita, quibus subito (\*) impetu ac latrocinio parricidarum resistat. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. In castris meis legiones sunt veteranae tres: tironum vel luculentissima ex omnibus una. In castris Bruti una veterana legio, altera bima, octo tironum. Ita universus exercitus numero amplissimus est; firmitate exiguus. Quantum autem in acie tironi sit committendum, nimium saepe expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum, sive Africanus exercitus qui est veteranus, sive Caesaris accessisset; aequo animo summam rempublicam in discrimen deduceremus. Aliquanto autem propius esse, quod ad Caesarem attinet, videbamus. Nihil destiti eum literis hortari: neque ille intermisit affirmare, se sine mora venire: quum interim aversum illum ab hac cogitatione, ad alia consilia video se contulisse. Ego tamen ad

(\*) *Impetu pro impetui: ut Virgilius Georg. IV. v. 198. Concubitu indulgent, pro concubitui. Manutius.*

*confío que tendreis por buena esta nuestra determinacion; aunque entiendo con quanta razon desean todos la victoria de esta guerra. Porque si en estos nuestros egercitos sucediese alguna quiebra, no tiene la república apercebidos grandes socorros, con que poder resistir à la repentina furia y robos de estos salteadores. El número de soldados que nosotros tenemos, bien creo lo tienes entendido. En mi campo hai tres legiones de soldados viejos: y una de visosños la mas escogida de todas. En el campo de Bruto hai una legion de soldados viejos, y otra de soldados de dos años de milicia, y ocho de gente visosña. De manera que todo nuestro egército en el número es harto grande; pero en la firmeza y valor es harto pequeño. Porque ya hartas veces havemos visto por la experiencia, lo poco que hai que fiar en gente visosña. Si con la fuerza de estos nuestros egercitos se huviese juntado el poder del egército de Africa que es de soldados viejos, ò el de Cesar; de buena voluntad pondriamos todo el negocio en aventura. Bien vemos que el egército de Cesar está mas à la mano. Yo no he dejado de encargarselo por carta: y él siempre me ha respondido, que sin falta ni dilacion ninguna marchaba ya: y por otra parte veo, que él ha buuelto espaldas à esta determinacion, por tratar de otros intentos. Pero con todo eso yo le he*

ad eum Furnium nostrum cum mandatis literisque misi, si quid forte proficere posset. Scis tu (mi Cicero) quod ad Caesaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum: vel quod in familiaritate Caesaris, vivo illo, iam tueri eum et diligere fuit mihi necesse: vel quod ipse (quoad ego nosse potui) moderatissimi atque humanissimi fuit sensus: vel quod ex tam insigni amicitia mea atque Caesaris, hunc filii loco et illius et vestro iudicio substitutum, non proinde habere turpe mihi videtur. Sed quidquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quam inimice facio. Quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus una est, quod exercitus habent non contemnendos, quod sperant, quod audent; id omne Caesari acceptum referre possunt. Neque ego superiora repetam. Sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset; aut oppressum iam bellum esset, aut in adversissimam illi Hispaniam cum detrimento eorum maximo detrusum. Quae mens eum, aut

*he embiado por mensagero à nuestro amigo Furnio con cartas y cosas que le diga de palabra, por ver si podria algo aprovechar. Ya sabes tú (amigo Ciceron) que en lo que toca à tener amor à Cesar, te hago compañía: pues en vida de Cesar, por el amistad que yo con él tenia, me era forzado ampararlo y amarlo: y tambien porque el mancebo (à lo que yo de él podia colegir) era mui comedido y mui humano: y finalmente porque habiendo sido tan grande el amistad que entre Cesar y mi havia havido, y habiendole él tomado à este en lugar de hijo de parecer suyo y vuestro, me parecia à mí, que no me estaria bien no tenerlo yo en la misma cuenta. Y asi esto que te escribo, mas lo escribo realmente de sentimiento que tengo de ello, que de ninguna mala voluntad. Pero si oi es vivo Antonio, si tiene hecha liga con Lepido, si tienen egercitos que no son de tener en poco, si tienen alguna esperanza, si osan emprender algo; de todo esto tiene Cesar la culpa, y à él solo se lo pueden agradecer. No quiero tratar nada de lo pasado. Pero si despues que él à mí me embió à decir que ya venia, huviera querido venir; ò ya fuera la guerra concluida, ò los havriamos arrinconado en España, donde ellos son mui aborrecidos con mui gran daño y perjuicio de ellos. Yo no puedo entender, qué proposito, ò*

aut quorum consilia a tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari avocant, et ad cogitationem consulatus (\*) bimestrís, summo cum terrore hominum, et insulsa cum efflagitatione transtulerint, exputare non possum. Multum in hac re mihi videntur necessarii eius et reipublicae et ipsius causa proficere posse: plurimum, ut puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet, quanta nemo praeter me. Nunquam enim obliviscar, maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus, ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. Quod si, quantam debeo, habueró apud eum auctoritatem, plurimum ipsum iuvero. Nos interea duriore conditione bellum sustinemus: quod neque expeditissimam dimicationem putamus; neque tamen refugiendo commissuri sumus, ut maius detrimentum respublica accipere possit. Quod si, aut Caesar se respuerint, aut Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte redemus. Tu, ut instituisti, me diligas rogo; proprieque tuum esse, tibi persuadeas. (\*\*) v. kal. Sext. ex castris.

AR-

(\*) Alii quinquemestris legendum putant.

(\*\*) Aprileus legisse videtur: kal. Sext. quod in hispana eius versione correximus.

*cuyos consejos le han hecho retirarse de cosa donde tanta honra podia ganar, y en que tanto le iba, por pretender un consulado de dos meses, con gran terror de las gentes, y con una tan importuna y desabrida manera de pedirlo. En esto me parece à mí que podrian hacer mucho sus amigos, asi por lo que à la república le importa, como tambien por lo que à él mismo le vá: y sino me engaño, tú tambien puedes hacer mucho: pues te debe tales y tan buenas obras, quantas ningun otro te debe sino yo. Porque jamás me olvidaré de las muchas y grandes mercedes que me has hecho. To le he dado cargo à Furnio, que trate con él largamente todo esto. Y si yo con él tuviere el autoridad que es justo que tenga, entiendo que le valdré mucho. Aquí en este medio nosotros sustentamos la guerra con harta dificultad: porque no tenemos por cosa acertada el darles la batalla; ni tampoco havemos de permitir, que retirandonos, venga la república à recibir algun grave perjuicio. Pero si, ò Cesar miráre por lo que le cumple, ò las legiones de Africa vinieren acá de presto; por esta parte os aseguraremos. Ruegote que me ames, como siempre lo has hecho; y que tengas por cierto; que de veras y sin doblez ninguna soi todo de tu servicio. Dada à los veinte y ocho de Julio, en el campo.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Modeste reprehendit in Furnio praeproperam adipiscendae praeturae festinationem.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. FURNIO S. D.

XXV. **S**I interest ( id quod homines arbitrantur ) reipublicae te , ut instituisti atque fecisti , navare operam , rebusque maximis , quae ad extinguendas reliquias belli pertinent , interesse ; nihil videris melius , neque laudabilius , neque honestius facere posse : istamque operam tuam , navitatem , animum in rempublicam celeritati praeturae anteponendum censeo. Nolo enim te ignorare , quantam laudem consecutus sis : mihi crede , proximam Planco , idque ipsius Planci testimonio ; praeterea fama , scientiaque omnium. Quam ob rem si quid operis tibi etiam nunc restat , id maximo opere censeo persequendum. Quid enim honestius ? aut quid honesto anteponendum ? Sin autem satisfactum

rei-

## ARGUMENTO.

Reprehende con comedimiento la apresurada ambicion de Furnio en querer ser nombrado pretor. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A FURNIO.

XXV. **S**I ( como todo el mundo tiene por cierto ) es cosa tocante al bien de la república , que tú emplees tus fuerzas en esos negocios , como hasta aquí lo has emprendido y hecho , y que te emplees en cosas de tanto tomo è importancia , como es el acabar de matar lo que resta del fuego de esta guerra ; pareceme à mí que no puedes hacer cosa que sea mejor , ni mas digna de alabanza , ni tampoco mas honrosa : y así me parece que debes preferir la diligencia , fatiga , y voluntad que en favor de la república muestras , à la eleccion de ser de presto nombrado por pretor. Porque querria que entendieses la mucha honra que has ganado : que te certifico , que despues de Planco no la ha ganado otro mayor , y esto por relacion del mismo Planco ; y tambien por fama y cierta noticia de todos. Por esto , si algo te resta aun en esto que hacer , pareceme que sobre todo debes procurar de darle fin y remate. Porque , qué otra cosa puedes tú hacer en que ganes mayor honra ? y qué cosa se ha de preferir à negocio tan honroso ? Pero si te pa-

re-



reipublicae putas ; celeriter ad comitia, quando mature futura sunt, veniendum censeo : dummodo ne haec ambitiosa festinatio aliquid imminuat eius gloriae, quam consecuti sumus. Multi clarissimi viri, quum reipublicae darent operam, annum petitionis suae non obierunt. Quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus : ut, si aedilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc nihil praetermittere videbere usitati, et quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem, Planco consule, etsi etiam sine eo rationes expeditas haberes ; tamen splendidiorem petitionem tuam fore, si modo ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, quum tuum tantum consilium iudiciumque sit, arbitrari non ita necesse. Sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam : cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione : maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate praeturae. Haec eadem locutus sum domi meae, adhibito Q. fratre meo, et Caecina, et Calvisio, studiosissimis tui, quum

*rece que has cumplido ya con la república ; pareceme que te des prisa en venir à las elecciones, las quales serán presto : pero con tal que esta apresurada ambicion no desdore algo la honra que basta aqui havemos ganado. Muchos varones muy esclarecidos, por entender en las cosas tocantes à la república, dejaron de pretender en su propio año. Y esto puedeslo hacer mas facilmente, por quanto tú no estás señalado para pretender este año : de manera, que si fueras este año fiel, de aqui à dos años venia tu pretension. Y asi aora no parecerá que dejas cosa ninguna del usado y legitimo tiempo para pretender. Tambien me parece, que siendo Planco consul, aunque sin su favor tendrias tus cosas muy faciles y llanas ; con todo eso será tu pretension muy mas illustre, si esos negocios se concluyen como deseamos. No me parecia cosa necesaria escribirte tan largo, especialmente à un hombre como tú de tanto consejo y juicio. Pero con todo eso quise que entendieses mi parecer : el qual es éste en resolucion, que querria mas que midieses todas tus cosas con tu dignidad y valor, que con tu ambicion : y que fundes mas provecho en la perpetua alabanza, que en la presteza de la pretura. Esto mismo dije en mi casa en presencia de mi hermano Quinto, de Cecina, y de Calvisio, personas muy aficionadas à ti,*

quum Dardanus libertus tuus interesset. Omnibus probari videbatur oratio mea. Sed tu optime iudicabis. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Scriserat Furnius, se ad comitia praetoria venturum. Dissuadet Cicero, comitiaque dilata significat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. FURNIO S. D.

XXVI. **L**Étis tuis literis, quibus declarabas, aut mittendos Narbonenses, aut cum periculo dimicandum; illud magis timui, quod vitatum non moleste fero. Quod de Planci et Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spero victoriae. De Gallorum studio, nos aliquando noscemus (ut scribis) cuius id opera maxime excitatum sit. Sed iam (mihi crede) cognovimus. Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Scribis enim, si in Sextilem comitia, cito te: sin iam confecta, citius, ne diutius cum periculo fatuus sis.

estando tambien delante tu liberto Dardano. A todos parecia que les quadraba bien mi parecer. Pero tú lo sabrás juzgar mejor que otro ninguno. Tén salud.

## ARGUMENTO.

Haviale escrito Furnio, que iria para las elecciones de pretores. Dicele Ciceron que no lo haga, y que se han alargado los ayuntamientos. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A FURNIO.

XXVI.

**Q**Uando lei tu carta, por la qual decias, que ò se havia de poner el pie en el negocio de los Narbonenses, ò venir à las manos con gran riesgo; temí mas, lo que huelgo se haya evitado. Quanto à lo que escribes de la concordia de Planco y Bruto, yo fundo en ella la mayor esperanza de la victoria. En lo que toca al afición de los Franceses, algun dia sabremos (como tú escribes) por cuya industria se ha ganado mas particularmente. Pero creeme, que ya lo havemos entendido. Y asi me he enojado un poco con lo que escribes al fin de tu muy apacible carta. Porque escribes, que si las elecciones se dilatáran para Agosto, serás aqui muy presto: y si ya fueren hechas, mas presto, por no ser tanto tiempo necio tan à tu peligro. O ami-

Tom. III.

R

go

O mi Furni, quam tu causam tuam non nosti, qui alienas tam facile discas! Tu nunc candidatum te putas, et id cogitas, ut aut ad comitia curras; aut, si iam confecta, domi tuae sis: scilicet ne cum maximo periculo (ut scribis) stultissimus sis. Non arbitror te ita sentire: omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quod si, ut scribis, ita sentis; non magis te, quam de te iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi, si ita adipiscare ut plerique, praepropera festinatio abducet a tantis laudibus, quibus te omnes in caelum iure et vere ferunt? Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima praetor fias? non, ut ita de republica mereare, omni honore ut dignissimus iudicare? Utrum nescis, quam alte ascenderis? an pro nihilo id putas? Si nescis; tibi ignosco: nos in culpa sumus. Sin intelligis; ulla tibi est praetura, vel officio, quod pauci; vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior?

Hac

go Furnio, quān mal entientes tu propio negocio, con entender tan facilmente los de los otros! Tú te tienes aora por pretendiente, y en eso piensas de acudir à las elecciones; ò si ya estuvieren hechas, estarte quedo en casa: por no ser (segun escribes) mui necio tan à costa de tu peligro. No creo lo entientes asi: pues conozco qué brios y aceros tienes para las cosas de honor. Y si como lo escribes, lo sientes; tanto como reprehendo à ti, reprehendo el juicio que de ti tengo yo hecho. Qué es posible que el apresurado deséo de alcanzar un cargo público de mui poco momento y mui vulgar, si lo alcanzares por la via ordinaria de los otros, te ha de hacer dejar una empresa de tanta honra y alabanza, con que todo el mundo con mucha razon y verdad te tiene encumbrado allá en los cielos? Vate mucho por ventura en ser electo por pretor en esta eleccion, ò en la siguiente? no te vá mas en hacer tales obras por amor de la república, que todos te juzguen por digno de qualquier cargo mui honroso? Ignoras por ventura, en quān alto grado estás puesto? ò estimaslo en poco? Si lo ignoras; yo te lo perdono à ti: y me doi la culpa à mi. Pero si lo entientes; qué pretura has de preciar tú tanto, como el hacer tu deber, que es cosa rara y de pocos; ò el alcanzar gloria y fama, que es lo que lleva tras sí à todo el mundo?

R 2

De

Hac de re et ego et Calvisius, homo magni iudicii tuique amantissimus, te accusamus quotidie. Comitata tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis reipublicae arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. Vince igitur et vale.

## ARGUMENTUM.

*Lepidum leviter obiurgat, quod summis honoribus ornatus ab senatu, gratias non egerit: et ne pacem cum Antonio conciliare nitatur, admonet. Anno U. C. 710.*

M. T. C. LEPIDO S.

XXVII.

**Q**UOD mihi pro summa erga te benevolentia magnae curae est, ut quam amplissima dignitate sis; moleste tuli te senatui gratias non egisse, quum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter cives conciliandae te cupidum esse laetor. Eam si a servitute seiungis, consules et reipublicae et dignitati tuae. Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est; hoc animo scito esse omnes sanos, ut

*De esto te reprehendemos cada dia yo y Calvisio, que es hombre de muy grave juicio y que te quiere mucho. Con todo eso, pues pendes de las elecciones, las dilatamos con todas nuestras fuerzas hasta el mes de Enero, porque nos parece por muchas razones que es cosa que conviene a la república. Tén pues victoria y salud.*

## ARGUMENTO.

Reprehende moderadamente a Lepido, porque haciéndole hecho muchas honras el senado, no le havia dado gracias: y le encarga que no haga paces con Antonio.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A LEPIDO.

XXVII.

**P**OR tener yo mucho cuidado de que tu honra y dignidad esté en su punto, por razon del grande amor y voluntad que te tengo; he sentido en el alma que no le hayas dado las gracias al senado, por razon de la grande honra que te ha hecho. Huelgome de verte aficionado a tratar de paz entre los ciudadanos. Pero si esa paz fuere de manera que no sea una disfrazada servidumbre, harás lo que conviene a la república y a tu dignidad. Pero si esa paz ha de ser de manera que vuelva a su poder a insufrible señorío ese hombre perdido; yo te hago saber, que todos los que buen seso tienen, están determinados

ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius ( meo quidem iudicio ) facies , si te in istam pacificationem non interpones , quae neque senatui , neque populo , neque cuiquam bono probatur. Sed haec audies ex aliis , aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia , quid optimum factu sit , videbis.

ARGUMENTUM.

*Dolet se non fuisse participem coniurationis in Caesarem , ut Antonium una oppressissent , qui nunc tantas turbas cieat : deinde suum libertatis recuperandae studium declarat. Anno U. C. 710.*

M. T. C. TREBONIO S.

XXVIII. **Q**Uam vellem ad illas pulcherrimas epulas me idibus Martiis invitasses ! reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum his tantum negotii est , ut vestrum illud divinum in rem publicam beneficium nonnullam habeat querelam. Quod vero a te viro optimo seductus est , tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis ; interdum , quod mihi vix fas est , tibi subirascor. Mihi enim negotii plus reliquisti uni , quam praeter me omnibus. Ut enim primum post Antonii  
foe-

*dos de morir antes que servir. Y asi ( à mi parecer ) harás mas cuerdate en no entremeter en esa pacificacion , que ni le parece bien al senado , ni al pueblo , ni à ningun bueno. Lo qual , ò lo entenderás de otros , ò lo sabrás por cartas. Tú , conforme à tu prudencia , verás lo que mas te convendrá.*

ARGUMENTO.

Siente no haverse hallado en la conjuracion contra Cesar , para haver acabado con Antonio , que aora dá tanto en que entender : despues manifesta sus deseos de que cobre su libertad la república. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A TREBONIO.

XXVIII. **O** Quánto quisiera que me huvierades combidado à aquel honroso banquete à los quinze de Marzo ! que no huvieran quedado de ninguna manera relieves. Con los quales tenemos aora tanto en que entender , que dá ocasion de tener alguna queja de aquella vuestra buena obra tan divina , que hicistes en favor de la república. Y por haverlo tú por tu bondad retirado , y tener la vida por favor tuyo esta pestilencia ; aunque no es justo , tengo contra tí alguna colera. Porque me dejaste que hacer à mi solo , mas que à todos los demás. Porque despues que la infame huida de Antonio dió lugar para poder juntar  
tar

foedissimum discessum senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quem tu cum cive acerrimo, patre tuo, in ore et amore semper habuisti. Nam, quum senatum ad XIII. kal. Ianuarias tribuni plebis vocavissent, deque alia re referrent; totam rempublicam sum complexus; egique accerrime, senatumque iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi, magis animi, quam ingenii viribus. Hic dies, meaque contentio atque actio, spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandae. Nec vero ipse postea tempus ullum intermisi de republica non cogitandi solum, sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem; quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis: a me pauca, et ea summatis. Habemus fortem senatum: consulares partim timidos, partim male sentientes. Magnum damnum factum est in Servio. L. Caesar optime sentit: sed quod avunculus est, non acerrimas dicit sententias. Consules egregii: praeclarus D. Brutus: puer egregius Caesar,

de

tar senado libremente, bolvíme à aquel mi antiguo proposito, que tú y tu padre, persona de mucho valor, solíades siempre alabar y preciar mucho. Porque quando los tribunos del pueblo juntaron senado à los veinte de Diciembre, aunque propusieron otras cosas; yo abracé toda la república, y traté el negocio con mucho calor, y con estar ya el senado flaco y cansado lo reduge à su antiguo valor y à su esfuerzo acostumbrado, mas confiado de las fuerzas de mi ánimo, que de las de mi habilidad. Este dia, y este mi esfuerzo y oracion, fué lo primero que le dió esperanza al pueblo Romano para poder cobrar su libertad. Y despues acá no he dejado pasar ocasion ninguna, no solo para pensar, sino tambien para tratar lo que tocáse à la república. Y sino entendiese, que todas las nuevas de la ciudad, y todos los actos publicos llegan à tu noticia, todo te lo escribiria; aunque me tienen ocupado muchas cosas. Pero todo ello lo entenderás de otros: yo te escribiré poco y en suma. Tenemos un senado mui valeroso: los consulares de ellos cobardes, y de ellos estragados. La muerte de Servio nos ha venido mui mal. Lucio Cesar mui buenos pareceres dice: pero como es tío, no los esfuerza mucho. Los consules son personas de mucho valor: Decimo Bruto persona de mucha calidad: Cesar mui esclarecido mozo,

de

de quo spero equidem reliqua. Hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripsisset, legionesque duae de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio; nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuisse. Haec tibi, etsi audita esse arbitraber, volui tamen noticia esse. Plura scribam, si plus otii habuero. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Galba praelium exponit ad Mutinam factum, victoriamque de Antonio relatam.*  
Anno U. C. 710.

## GALBA M. T. C. S.

XXVIII. **S**eptimo-decimo kal. Maii, quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus, cum quo ego eram; (nam ei obviam processeram millia passuum centum, quo maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, et quintam-tricesimam, et cohortes praetorias duas, unam suam, alteram Silani, evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quatuor legiones

ti-

*de quien tengo mai buena esperanza en todo lo demás. Esto tén por cierto, que si él de presto no huviera juntado egército de soldados viejos, y si dos legiones del egército de Antonio no se huvieran pasado à su vandera, y esto no le huviera pæsto gran terror à Antonio; no huviera dejado Antonio de egecutar todo genero de maldad y crueldad. Todo esto, aunque entiendo tienes de ello noticia, con todo eso quise lo tuvieses mas por cierto. Quando estuviere mas desocupado, te escribiré mas largamente. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Cuentale Galba la batalla junto de Módena, y la victoria que de Antonio havian alcanzado.*  
Año de la fundacion de Roma 710.

## GALBA A M. T. C.

XXVIII. **A** Los quince de Abril, que era el dia en que Pansa havia de llegar al campo de Hircio, con el qual venia yo; (por quanto lo havia salido à recibir cien millas adelante, porque viniese mas presto) sacó Antonio dos legiones, la segunda, y la treinta y cinco, y dos compañías de la guarda, una suya, y otra de Silano, con parte de los llamados. Y con todo esto nos salió al camino, creyendo que no traíamos mas de quatro

tironum habere solum arbitrabatur. Sed noctu , quo tutius venire in castra possemus , legionem Martiam , cui ego praeesse solebam , et duas cohortes praetorias miserat Hirtius nobis. Quum equites Antonii apparuissent , contineri neque legio Martia , neque cohortes praetoriae potuerunt : quas sequi coepimus coacti , quoniam eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat : neque sciri volebat , se legiones habere : tantum equitatum , et levem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit se invito legionem ire Pansa , sequi se duas legiones iussit tironum. Posteaquam angustias paludis et silvarum transivimus , acies est instructa a nobis duodecim cohortium. Non dum venerant legiones duae , quum repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit , et sine mora concurrir. Primo ita pugnatum est , ut acrius non posset ex utraque parte pugnari. Sed dexterius cornu , in quo ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo , impetu primo fugaverat legionem tricesimam-quintam Antonii ,  
ut

*tro legiones de gente visóna. Pero havianos embiado Hircio de noche la legion Marcia, de quien yo solia tener cargo, y dos compañías de la guarda , para que pudiesemos llegar al campo con mayor seguridad. Asi como comenzó à descubrirse la cavalleria de Antonio, no se pudo detener la legion Marcia, ni las compañías de la guarda : y asi por no poderlas detener, constreñidos de necesidad comenzamos de seguirlas. Antonio estaba con su campo en el pueblo llamado (\*) Foro de Galos: y no queria que se entendiese que tenia legiones: solamente hacia muestra de la cavalleria è infanteria ligera. Despues que Pansa vió que à su pesar marchaba la legion Marcia, mandó que lo siguiesen las dos legiones de visónos. En haver pasado el mal paso de la laguna y de los bosques, ordenamos nuestro egército de doce compañías. Aun no havian llegado las dos legiones, quando Antonio repentinamente sacó su gente del pueblo y la puso en orden, y con gran presteza nos presentó la batalla. A los principios se travó la batalla por ambas partes con tanto fervor, que hasta alli podia llegar. Pero nuestra parte derecha, en la qual estaba yo con ocho compañías de la legion Marcia, al primer encuentro havia hecho huir à la legion treinta y cinco de Antonio, tanto que*  
pa-

(\*) *Aora: Castel-Franco.*



ut amplius passus quingentos ultra a-  
 ciem, quo loco steterat, processerit. I-  
 taque, quum equites nostrum cornu cir-  
 cuire vellent, recipere me coepi, et le-  
 vem armaturam opponere Maurorum e-  
 quitibus, ne aversos nostros aggrederen-  
 tur. Interim video me esse inter Anto-  
 nianos, Antoniumque post me esse ali-  
 quanto. Repente equum immisi ad eam  
 legionem tironum; quae veniebat ex ca-  
 stris, scuto reiecto. Antoniani me inse-  
 qui: nostri pila conicere velle. Ita ne-  
 scio quo fato sum servatus, quod sum-  
 cito a nostris cognitus. In ipsa AEmilia,  
 ubi cohors Caesaris praetoria erat, diu  
 pugnatum est. Cornu sinisterius, quod  
 erat infirmius, ubi Martiae legionis duae  
 cohortes erant et cohors praetoria, pe-  
 dem referre coeperunt, quod ab equita-  
 tu circuibantur, quo vel plurimum va-  
 let Antonius. Quum omnes se recepis-  
 sent nostri ordines, recipere me novissi-  
 mus coepi ad castra. Antonius, tanquam  
 victor, castra putavit se posse capere.  
 Quo quum venit, complures ibi amisit,  
 nec egit quidquam. Audita re, Hir-  
 tius cum cohortibus viginti veteranis  
 redeunti Antonio in sua castra occurrit,

co-

pasamos adelante de nuestro sitio mas de qui-  
 nientos pasos. Queriendo pues la cavalleria ro-  
 dear nuestro esquadron, comencé de retirar-  
 me, y poner la infanteria ligera por reparo  
 contra la cavalleria Mora, porque no hiriesen  
 en los nuestros por las espaldas. En esto ha-  
 lléme que estaba entre los Antonianos, y que  
 Antonio estaba no lejos de mis espaldas. Y así  
 di de espuelas al cavallo ácia la legion de vi-  
 soños que venia del campo, echado el escudo á  
 las espaldas. Los Antonianos comenzaron de  
 ir en mi seguimiento: y los nuestros á querer  
 arrojarme los dardos. Escapéme con gran ven-  
 tura, porque los nuestros me conocieron luego.  
 En la misma via Emilia, donde estaba la  
 compañía de la guarda de Cesar, duró mucho  
 la batalla. La parte que estaba mas á la iz-  
 quierda, donde havia dos compañías de la le-  
 gion Marcia y la compañía de la guarda, co-  
 menzaron de retirarse, porque los rodeaba la  
 cavalleria, de que Antonio está mas apercibi-  
 do. Haviendose pues retirado todas nuestras  
 ordenes, comencé yo tambien de retirarme el  
 postrero ácia nuestro fuerte. Antonio, como  
 victorioso, pensó que podria tomar el fuerte.  
 Y quando llegó allí, perdió muchos soldados, y  
 no hizo cosa alguna. Sabida esta nueva, Hir-  
 ticio salióle al encuentro con veinte compañías  
 de soldados viejos á Antonio que se bolvia á su  
 fuer-

copiasque eius omnes delevit, fugavitque eodem loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta se in castra sua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea castra rediit, unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum: nec id tamen sine aliqua iactura cohortium praetorianarum nostrarum, et legionis Martiae fieri potuit. (\*) Aquilae duae, signa sexaginta sunt relata Antonii. Res bene gesta est. Ad (\*\*\*) XII. kal. Maii, ex castris. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Excusationem affert, quod studium erga rempub. suum nondum declaraverit: seque libertatis recuperandae percupidum ostendit.*

Anno U. C. 710.

C. ASINIUS POLLIO M. T. C. S. D.

XXX. **M**Inime mirum tibi debet videri, nihil me scripsisse de republica, posteaquam itum est ad arma.

Nam

(\*) Legionum insignia, aquilae: signa, manipulorum et centuriarum. Cell. Vide Plin. lib. III. c. 3.

(\*\*) Manutius mallet, XVI. kal. Maii, ut postridie, quam gesta res est, scripserit Galba. Videsis Oliveti editionem.

*fuerte, y le deshizo y arruinó todo su campo, y le hizo huir en el propio puesto, donde havia sido la batalla junto à Foro de Galos. Antonio à las diez de la noche se fué con su cavalleria à su fuerte de Módena. Hircio se bolvió al mismo fuerte, de do Pansa havia salido, y dejado allí dos legiones, las quales Antonio havia combatido. De esta manera ha perdido Antonio la mayor parte de su ejército de soldados viejos: aunque no sin algun daño de nuestras compañías de la guarda, y de la legion Marcia. Ganaronse del ejército de Antonio dos aguilas, y sesenta vanderas. El negocio ha sucedido bien. Dada en el campo à los (\*) veinte de Abril. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Escusase de que no havia aun declarado su voluntad en favor de la república: y se muestra muy deseoso de que cobre su libertad.

Año de la fundacion de Roma 710.

CAYO ASINIO POLION A M. T. C.

XXX. **N**O te has de maravillar, de que despues que el negocio ha venido en rompimiento, no te haya escrito cosa alguna tocante à la república. Porque la

Tom. III.

S

Sier-

(\*) Segun Manucio, à los diez y seis de Abril.

Nam saltus (\*) Castulonensis , qui semper tenuit nostros tabellarios , etsi nunc frequentioribus latrociniiis infestior factus est ; tamen nequaquam tanta in mora est , quanta qui locis omnibus dispositi ab utraque parte scrutantur tabellarios et retinent. Itaque nisi nave perlatae literae essent , omnino nescirem , quid istic fieret. Nunc vero nactus occasionem , postea quam navigari coeptum est , cupidissime et quam creberrime potero , scribam ad te. Ne movear eius sermonibus , quem tametsi nemo est qui videre velit , tamen nequaquam proinde ac dignus est oderunt homines , periculum non est. Adeo est enim invisus mihi , ut nihil non acerbum putem , quod commune cum illo sit. Natura autem mea , et studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli saepe deflevi. Quum vero non liceret mihi nullius partis esse , qui utrobique magnos inimicos habebam ; ea castra fugi , in quibus pla-

(\*) *Castulo* fuit Oretanorum urbs maxima , Baeticae finis versus Orientem , sita ad Baetis ripas , hodie *Cazlona*. *Gracvius*.

(\*) *Sierramorena* , que siempre ha detenido mis correos , aunque aora se ha hecho peor con la mucha abundancia de salteadores ; con todo eso no me lo ha estorvado tanto , quanto los que por ambos los vandos están puestos en todas las partes para reconocer los mensageros y hacerlos detener. De manera que sino huviera recibido cartas por la mar , no tuviera noticia ninguna de lo que por allá pasa. Pero aora ofreciendoseme ocasion , despues que ha comenzado de haver navegacion , escribirte he muchas veces y con mucha voluntad siempre que pudiere. No hai que temer , que me bayan de mover las razones de un hombre , que aunque no hai hombre del mundo que le quiera vér ; con todo eso no lo aborrecen tanto los hombres , quanto él merece ser aborrecido. Porque lo tengo tan sobre ojo , que qualquier manera de trato que haya de tener con él , la tengo por fuerte. Pero mi propia naturaleza , y mis deseos me tiran al codiciar la paz y la libertad. Y asi lloré muchas veces los principios de la guerra civil. Pero como en ambas partes tenia grandes enemigos , ni podia dejar de ser del uno de los dos vandos ; guardéme de estar en aquel campo , en que sabia que

S 2

(\*) *Salto* , ò *Sierra Castulonense* es la parte de *Sierramorena* , que se pasa para venir de *Cazlona* à *Almoden* &c. *Florez Esp. sagr. tom. VII. pag. 140.*

plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum. Compulsus eo, quo minime volebam; ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adii. Caesarem vero, quod me in tanta fortuna, modo cognitum, vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide. Quae mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime probarit: (\*) quod iussus sum, eo tempore atque ita feci, ut appareret invito imperatum esse. Cuius facti iniustissima invidia erudire me potuit, quam iucunda libertas, et quam misera sub dominatione vita esset. Ita, si id agitur, ut rursus in potestate omnia unius sint; quicumque is est, ei me profiteor inimicum. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Sed consules, neque senatus-consulto, neque literis praeceperant mihi quid facerem. Unas enim post idus Martias demum a Pansa literas accepi, in quibus hortatur me, ut senatui scribam,

(\*) Alii: quod iussus sum eo tempore, id ita feci.

que no podia estar seguro de las traiciones de mi enemigo. Forzado pues à arrimarme al vando que menos deseaba, determiné de ponerme en peligros, por no estar en el mayor de ellos. A Cesar, por haverme puesto en el número de sus mayores amigos, especialmente estando él en tanta prosperidad, y siendo yo recién venido à su amistad, amélo con todo respeto y fidelidad. Todo lo que yo pude tratar à mi alvedrio, de tal manera lo traté, que à qualquier bueno le pareció bien: lo que hice por mandamiento ageno, lo hice en tal sazón y de tal manera, que se echaba bien de ver que lo mandaban à hombre que venia en esto muy forzado. Y la muy injusta embidia que por aquel hecho me tuvieron, me pudo enseñar bastantemente, quàn dulce cosa es la libertad, y quàn miserable cosa es vivir debajo de ageno mando y señorío. De manera, que si eso se torna à pretender agora, que todo haya de estar debajo del mando y poder de uno; yo desde luego me declaro por su enemigo, quien quiera que él sea. Y no hai peligro tan grande, à que no me ponga por la libertad. Pero los consules, ni por decreto del senado, ni por sus cartas me dieron aviso de lo que havia de hacer. Porque despues de los quinze de Marzo sola una carta he recibido de Pansa, en la qual me encarga, que escriba al senado, que

me et exercitum in potestate eius futurum. Quod quum Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit. Nam quibus commeatibus, invito illo, per illius provinciam legiones ducerem? Aut si caetera transissem, num etiam Alpes poteram transvolare, quae praesidio illius tenentur? Adde huc, quod perferri literae nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii. Illud me Cordubae pro concione dixisse, nemo vocabit in dubium, provinciam me nulli, nisi qui ab senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione tricesima tradenda quantas habuerim contentiones, quid ego scribam? Qua tradita, quanto pro republica infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac enim legione nonli acrius aut pugnacius quidquam putare. Quare cum me existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim; (omnes enim cives plane studeo esse salvos) deinde, qui et me et rem-

yo y mi campo estaremos obedientes à su mandado. Lo qual, diciendolo Lepido en sus razonamientos ordinarios, y escribiendolo asi à todos, que él se confederaba con Antonio, fué para mí una cosa mui contraria. Porque con qué bastimentos havia yo de marchar con mis legiones por su provincia à su pesar? Y ya que pasáse todas las demás dificultades, cómo podia pasar los Alpes, que todos los tiene él tomados con presidios? Demás, de que en ninguna manera ha sido posible embiar carta ninguna. Porque en seisientas partes reconocen los correos, y aun los hacen detener por orden de Lepido. Pero esto es notorio à todo el mundo, que yo digo en un ayuntamiento general en Cordova, que à ninguno entregaria la provincia, sino al que viniese por orden del senado. Porque quanto al entregar la legion treinta, no hai para que escribirte las contiendas que he tenido. La qual entregada, sabe todo el mundo quanto mas flacas me quedarian las fuerzas en servicio de la república. Porque quiero que tengas por cierto, que esta legion es de los mas valerosos soldados y mas valientes. Por tanto querria me tuvieses en posesion de hombre, que sobre todo soi mui aficionado à la paz; (porque deséo que todos los ciudadanos estén en sosiego y quietud) y trás de esto, que estoi aparejado para ponerme en libertad

republicam vindicare in libertatem paratus sim. Quod familiarem meum tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. Invideo illi tamen, quod ambulat et iocatur tecum. Quaeres, quanti aestimem? si unquam licuerit vivere in otio, experieris: nullum enim vestigium abs te recessurus sum. Illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in provincia, an ducendo exercitum in Italiam, reipublicae magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutius ac minus laboriosum est manere; tamen, quia video tali tempore multo magis legionibus opus esse quam provinciis, quae praesertim recuperari nullo negotio possunt; constitui, ut nunc est, cum exercitu proficisci. Deinde ex literis, quas Pansae misi, cognosces omnia: nam earum tibi exemplar misi. xvii. kal. April. Cordubae. Vale.

*tad à mí y à la república. En tener por tan familiar tuyo à mi amigo, me haces harto mayor placer del que tú piensas. Y con todo eso le tengo embidia de que pasea y trata contigo de donaires. Y si me preguntas, cuánto lo estimo eso? verlo has por la obra, si algun dia tuviéremos ventura de vivir en descanso y quietud: porque no me tengo de apartar de ti jamás un paso. De esto estoi muy maravillado, cómo no me escribiste, si le haria mas servicio à la república estandome quedo en mi provincia, ó pasando con mi egército en Italia. Porque yo, aunque entiendo que para mí es cosa mas segura y descansada el estarme quedo; con todo eso, porque veo que la república al presente tiene mas necesidad de legiones que de provincias, mayormente de aquellas que con poco trabajo se pueden tornar à cobrar; estoi determinado, en el estado en que aora está el negocio, de pasar con mi egército en Italia. Demás, de que por la carta que à Pansa he escrito, entenderás todo lo demás: pues te embio una copia de ella. Dada en Cordova à los diez y seis de Marzo. Tén salud.*

## ARGUMENTUM.

*Balbi quaestoris sui flagitia exponit : deinde de suo in remp. studio addit.*

Anno U. C. 710.

C. ASINIUS POLLIO M. T. C.

XXXI. **B**Albus quaestor, magna numerati pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se a Gadibus: et triduum tempestate retentus ad (\*) Calpen, kal. Iuniis traiecit sese in regnum (\*\*\*) Bogudis, plane bene peculiat. His rumoribus, utrum Gades referatur an Romam, (ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat) nondum scio. Sed praeter furta et rapinas et virgis caesos socios, haec quoque fecit, ut ipse gloriari solet, eadem quae C. Caesar: ludis quos Gadibus fecit, Herennium Galum, histrionem, summo ludorum die annulo aureo donatum, in XIII. sessum deduxit; tot enim fecerat ordines equestris loci. Quatuorviratum sibi prorogavit: comi-

(\*) Est mons praecelsus Hispano littori freti Gaditani adiacens, ubi nunc *Gibraltar*, cui opponitur in Africa *Abyla*, hodie *Ceuta*. (\*\*\*) Nempe in Mauretania Tingitanam, ubi hodie sunt regna Fezzanum vel Fezzense, et Marocanum, sive Maurocitanum.

## ARGUMENTO.

Quejase de la maldad de su tesorero Balbo: despues declara su voluntad en favor de la república.  
Año de la fundacion de Roma 710.

CAYO ASINIO POLION A M. T. C.

XXXI. **E**L tesorero Balbo se me fué de Cadiz con gran suma de dinero, y gran cantidad de oro, y muy mayor de plata que havia juntado de las cobranzas públicas, sin hacer paga à los soldados: y havien- dose detenido en (\*) Calpe tres dias por las maretas, el primero de Junio se pasó al reino de (\*\*\*) Bogud, bien herrada su bolsa. Si con estas nuevas se bolverá à Cadiz ò se irá à Roma, no sé cosa cierta: porque à cada mensagero muda de parecer con grandissima inconstancia. Pero demás de los hurtos y robos que ha hecho y hombres que ha azotado, ha hecho tambien una cosa, de que él se suele jaestar mucho, diciendo que ha hecho lo mismo que Cesar: que en las fiestas que hizo en Cadiz, à un representante llamado Herennio Galo, en el ultimo dia de las fiestas lo armó cavallero con darle anillo de oro, y lo hizo sentar en las catorce gradas; porque en estas ordenes havia él dividido la orden de los cavalleros. Prorogóse à si mismo el oficio del regimiento: las

(\*) Aora: Gibraltar, y no Tanger, como equivocadamente tradujo Simon Abril.

(\*\*\*) Donde aora están Fez, y Marruecos.

mitia biennii biduo habuit, hoc est, renuntiavit quos ei visum est: exsul-  
 les reduxit, non horum temporum,  
 sed illorum, quibus a seditiosis se-  
 natus trucidatus aut expulsus est, Sex.  
 Varo proconsule. Illa vero iam ne  
 Caesaris quidem exemplo: quod ludis  
 praetextam de suo itinere ad L. Len-  
 tulum proconsulem sollicitandum posuit.  
 Et quidem, quum ageretur, flevit,  
 memoria rerum gestarum commotus.  
 Gladiatoribus autem Fadium quendam,  
 militem Pompeianum, quia, quum  
 depressus in ludum bis gratis depu-  
 gnasset, (\*) auctorari sese nolebat, et  
 ad populum confugerat; primum Gal-  
 los equites immisit in populum: (con-  
 iecti enim lapides sunt in eum, quum  
 abriperetur Fadius) deinde abstra-  
 ctum defodit in ludo, et vivum com-  
 bussit, quum quidem pransus, nu-  
 dis pedibus, tunica soluta, mani-  
 bus ad tergum reiectis, inambula-  
 ret: et illi misero quiritanti, *Civis  
 Romanus natus sum*, responderet: *A-  
 bi nunc, populi fidem implora*. Bestiis

ve-

(\*) Alii: *Auctore sese*. Id est, auctorante sese,  
 (et forte ita scripserat Asinius) vel auctoramentum  
 promittente. Gronov.

*cortes de dos años las tuvo en dos días, que  
 fué elegir à los que él quiso: alzó el destierro  
 à los desterrados, no solamente à los de este  
 tiempo, sino aun à los de aquel, en que los co-  
 munereros degollaron ò echaron de la ciudad al  
 senado, siendo proconsul Sexto Varo. Lo que  
 aora diré, no lo hizo ni aun à egemplo de Ce-  
 sar: que hizo representar en las fiestas una  
 comedia pretexta, que representaba la emba-  
 jada con que él fué al proconsul Lucio Lentu-  
 lo, para atraerlo al vando de Cesar. Y lloró  
 mucho quando se representaba, enternecido  
 con la memoria de las cosas que alli acaecie-  
 ron. Y en las fiestas de los gladiadores à un  
 soldado Pompeyano llamado Fadio, porque no  
 quiso pelear por su mandado, por haver ya  
 peleado dos veces sin ningun premio, y se aco-  
 gió al pueblo; primeramente hizo que diese u-  
 na vanda de hombres de armas Franceses en  
 el pueblo: (porque le havian tirado piedras,  
 quando iban à prender à Fadio) despues tomó  
 à Fadio por fuerza, y lo enterró hasta en me-  
 dio del cuerpo en la misma fiesta, y alli lo hi-  
 zo quemar vivo, paseandose él entre tanto  
 bien comido, con los pies descalzos, y el sayo  
 suelto, bueltas las manos para trás: y al po-  
 bre Fadio, que solo se defendia con decir, Ciu-  
 dadano Romano soi, respondiendole: Vete  
 aora, y pide favor al pueblo. Condenó tam-  
 bien*



vero cives Romanos , etiam in his circulatorum quendam auctiorum , notissimum hominem Hispali , quia deformis erat , obiecit. Cum huiuscemodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura coram. Nunc , quod praestat , quid me velitis facere , constituite. Tres legiones firmas habeo : quarum unam vicesimam octavam , quum ad se initio belli accessisset Antonius hac pollicitatione , quo die in castra venisset , denarios quingenos singulis militibus daturum , in victoria vero eadem praemia quae suis legionibus , ( quorum quis ullum finem aut modum futurum putavit ? ) incitatissimam retinui , aegre mehercules : nec retinuissem , si uno loco habuissem , utpote quum singulae quaedam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit literis atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Lepidus ursit me et suis et Antonii literis , ut legionem tricesimam mitterem sibi. Itaque , quem exercitum neque vendere ullis praemiis volui , nec eorum periculorum metu , quae victoribus illis , portendebantur , diminuere ; debetis existimare

re-

*bien à echar à las bestias à ciudadanos Romanos , y particularmente en Sevilla à uno que solia pregonar por las calles las almonedas, hombre muy conocido , no por otra razon mas de porque era feo de rostro. Con semejante monstruo he tenido en que entender. Pero de él trataré mas largamente cara à cara. Lo que mas aora importa es , que veais qué quereis que haga. Tres legiones tengo muy bien apercebidas : de las quales una que es la veinte y ocho , al principio de la guerra la embió à sobornar Antonio , prometiendoles à quinientos reales por soldado , para el dia que llegasen à su campo , y que havida la victoria les daria el mismo premio que à sus legiones , ( en lo qual quien entiende que podrá haver fin ni tasa alguna ? ) y asi tuve harto que hacer en hacerla detener , tanto estaba de alterada : ni aun fuera posible detenerla , si toda estuviera junta en un lugar , pues aun algunas companias se me amotinaron. Las otras dos legiones no ha parado de inducir las por cartas y con infinitas ofertas. Tampoco ha dejado Lepido de fatigarme con sus cartas y de Antonio , que le embiase la legion treinta. Por tanto , pues veis que por ningunos premios he querido vender este exercito , ni disminuirlo por temor de los peligros que se esperaban , si ellos alcanzaban la victoria ; habeis de tener por cierto , que lo*

*he*

retentum et conservatum reipublicae esse: atque ita credere, quodcunque imperassetis, facturum fuisse, si, quod iussistis, feci. Nam et provinciam in otio, et exercitum in mea potestate tenui, finibus meae provinciae nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi: et si quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci. Quarum rerum fructum satis magnum, republica salva, tulisse me putabo. Sed res publica si me satis novisset, et maior pars senatus, maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, quum etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi. Etiam praetextam, si voles legere, Galium Cornelium familiarem meum poscito. vi. idus Iunias, Corduba. Vale.

*he detenido y conservado para servicio de la república: y creer, que huviera hecho todo lo que me huvierades mandado, pues he hecho lo que me mandastes. Porque yo he tenido la provincia quieta, y el ejército à mi mano, y no he salido un paso de los limites de mi provincia: soldado ninguno, no solamente de los que están debajo vanderá, pero ni aun de los de la gente de socorro, no lo he embiado à parte ninguna: y si algunos hombres de armas he hallado desmandados, los he castigado. De todo lo qual me tendré por bien pagado y satisfecho, si viere en salvo la república. La qual si bien conociera mi ánimo, y la mayor parte del senado, huviera recibido de mi mayores servicios. La carta que le escribí à Balbo, estando aun en la provincia, te embio para que la leas. La comedia pretexta, si leerla quisieres, pedirla has à Cornelio Galo mi amigo. De Cordova, à los ocho de Junio. Tén salud.*

## ARGUMENTUM.

*Deplorat acceptam praelio Mutinensi reip. calamitatem; seque communi incendio occurrere paratum ostendit.*

Anno U. C. 710.

POLLIO M. T. C. S. P.

XXXII. **S**I vales, bene est: ego quoque valeo. Quod tardius certior fierem de praeliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabularios novem dies retinuit: tametsi tantam calamitatem reipublicae quam tardissime audire optandum est; sed illis, qui prodesse nihil possunt neque mederi. Atque utinam eodem senatus-consulto, quo Plancum et Lepidum in Italiam accessistis, me quoque iussissetis venire. Profecto non accepisset respublica hoc vulnus. Quo si qui lactantur in praesentia, quia videntur et duces et veterani Caesaris partium interiisse; tamen postmodum necesse est doleant, quum vastitatem Italiae respexerint. Nam et robur et soboles militum interiit; si quidem, quae nuntiantur, ulla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam, quanto usui reipublicae essem futurus, si ad  
Le-

## ARGUMENTO.

Llora la desgracia de la república en la batalla de Módena; y dice que está pronto à oponerse al comun incendio.

Año de la fundacion de Roma 710.

POLLION A M. T. C.

XXXII. **S**I estás con salud, huelgo de ello: yo salud tengo. Lepido ha sido la causa de que yo supiese tan tarde el suceso de las dos batallas de Módena, por haverme detenido nueve dias mis correos: aunque una desventura tan grande de la república debese desear el oirla muy tarde; pero eso es para los que ni le pueden aprovechar ni dar remedio. Pluguiera à Dios, que con el mismo decreto del senado, con que embiastes à mandar à Lepido y à Planco que pasasen en Italia, me huvierades llamado à mí tambien. No huviera realmente recibido la república tanto daño. Con el qual los que al presente se huelgan, por ver que han perecido los capitanes y soldados viejos de la parte de Cesar; con todo eso de necesidad de aqui à poco les ha de pesar, quando vieren la perdicion y soledad de Italia. Porque ha perecido la fuerza y sucesion de la gente de guerra; si en alguna manera es verdad lo que se cuenta. Y bien veía yo, quàn gran servicio le podia hacer à la república, viendo-

Lepidum venissem : omnem enim cunctationem eius discussissem , praesertim adiutore Planco. Sed scribenti ad me eiusmodi literas quas leges , et concionibus , videlicet quas Narbone habuisse dicitur , similes , palparer plane necesse erat , si vellem commeatum , per provinciam eius iter faciens , habere. Praeterea verebar , ne si antequam ego incoepta perficerem , praelium confectum esset , pium meum consilium raperent in contrariam partem obtrectatores mei , propter amicitiam , quae mihi cum Antonio , non maior tamen quam Planco , fuit. Itaque , a Gadibus mense Aprilis binis tabellariis in duas naves impositis , et tibi et consulibus et Octaviano scripsi , ut me faceretis certiorum , quoniam modo plurimum possem prodesse reipublicae. Sed ut rationem inco , quo die praelium Pansa commisit , eodem a Gadibus naves profectae sunt. Nulla enim post hiemem fuit ante eam diem navigatio. Et hercules , longe remotus ab omni suspicione futuri civilis tumultus , penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram. Ita porro festinavit uterque configere , tanquam nihil peius timerent , quam ne sine maximo reipublicae detrimento bellum componeretur. Sed si properandum fuit , nihil non summi ducis

con-

*me con Lepido : porque huviera sacudido de él toda perplexidad , especialmente con el favor de Planco. Pero escribiendome él las cartas que podrás leer , semejantes à las razones que en público se dice haver él dicho en Narbona , por fuerza havia yo de complacerle , si queria tener bastimento marchando por su provincia. Demás de esto temia , que si la batalla se daba antes que yo saliese con mi empresa , mis emulos interpretarían à otro fin mi pia determinacion , por el amistad que yo he tenido con Antonio , aunque no ha sido mayor que la que ha tenido Planco. Y así , embiados desde Cadiz por el mes de Abril dos correos en dos navios , te escribi à tí y à los consules y à Octaviano , que me avisases , en qué podia yo hacer mayor servicio à la república. Pero conforme à la cuenta que yo echo , el mismo dia que las naves partieron de Cadiz , dió Pansa la batalla. Porque despues del invierno hasta aquel dia no se havia ofrecido ningun pasage. Y realmente , como estoi tan lejos y tan ageno de sospecha de guerra civil , tenia mis legiones allá dentro en Portugal en sus alojamientos. Tan de veras se dieron prisa el uno y el otro à venir à las manos , como si ninguna cosa temieran tanto , como que se diera un corte à esa guerra sin tan gran detrimento de la república. Pero si necesidad havia de apresurarse,*

yo

consilio gessisse Hirtium video. Nam haec mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, et nuntiantur: Pansae exercitum concisum esse: Pansam ex vulneribus mortuum: eodem praefecto Martiam legionem interiisse, et L. Fabatum, et C. Peducaeam, et D. Carfulenum: Hirtiano autem praefectio et (\*) quartam legionem, et omnes peraeque Antonii caesas: item Hirtii quartam, quum castra quoque Antonii cepisset, a quinta legione concisam esse: ibi Hirtium quoque periisse, et Pontium Aquilam: dici etiam Octavianum cecidisse. Quae si (quod dii prohibeant) vera sunt, non mediocriter doleo. Antonium turpiter Mutinae obsessionem reliquisse: sed habere (\*\*) equitum, legiones sub signis armatas tres, et P. Bagienam unam, inermes bene multos: Ventidium quoque se cum legione septima, octava, nona coniunxisse: si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema; et non modo nationes, sed etiam servitia concitaturum: Parmam direptam: L. Antonium Alpes occupasse. Quae si vera sunt, nemini nostrum cessandum est, neque

(\*) Fortasse pro quarta legendum secunda. Quarta enim legio non Antonii, sed Hirtii fuit. Manut.

(\*\*) Numerus desideratur in antiquis libris, praeter unum minime recentem, in quo est, Equitum V. id est, quinque millia. Ursin. equitum CCXXX. i. e. decem millia.

yo veo que Hircio en todo se trató como muy prudente capitán. Las nuevas que se me escriben y cuentan de la Francia de Lepido, son éstas: que todo el ejército de Pansa ha sido muerto: que Pansa ha muerto de las heridas: que la legión Marcia ha perecido en la misma batalla, y Lucio Fabato, y Cayo Peducéo, y Decimo Carfuleno: que en la batalla de Hircio han muerto la cuarta legión, y casi todas las de Antonio: y que ha muerto también la legión cuarta de Hircio, al tomar del fuerte de Antonio, à manos de la legión quinta: y que allí mismo havia también muerto Hircio, y Poncio Aquila: y que se decía también que havia muerto Octaviano. Lo qual si (lo que Dios no permita) es verdad, pesame en el alma. Item, que Antonio levantó vilmente el cerco de Módena; pero que tenia cinco mil cavallos, y tres legiones bien armadas debajo vándera, y una de Publio Bagieno, y muchos soldados mal armados: que Ventidio se havia juntado con él con las legiones septima, octava, novena: que si en Lepido no halla alguna esperanza, vendrá al último refugio; y hará levantarse no solamente las naciones, pero aun los esclavos: que à Parma la havian saqueado: que Lucio Antonio havia tomado los pasos de los Alpes. Y si todo esto es verdad, ninguno de nosotros ha de parar ni aguardar de-

que exspectandum quid decernat senatus. Res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani salvum volunt esse. Brutum enim cohortes xvii, et duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes qui supersint de Hirtii exercitu, confluant ad eum. Nam in delectu non multum spei puto esse: praesertim quum nihil sit periculosius, quam spatium confirmandi sese Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat; propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt. Itaque proximis literis consilium meum expedietur. Nam neque deesse, neque superesse reipublicae volo. Maxime tamen doleo, adeo et longo et infesto itinere ad me veniri, ut die quadragesimo post, aut ultra etiam, quam facta sunt, omnia nuntientur. Vale.

*decreto del senado. Porque la necesidad obliga à que acudan à matar un fuego tan grande todos los que desean ver salva la república. De Bruto me dicen, que tiene diez y siete compañías, y dos legiones de visos mui faltas de soldados, que Antonio havia hecho. Pero tengo por cierto, que todos los que han quedado del ejército de Hircio acudirán à él. Porque en el hacer gente de nuevo yo no pongo mucha esperanza: mayormente pues el mayor peligro de todo es darle lugar à Antonio para poderse rebacer. La manera del tiempo en que estamos, me dá à mi mayor libertad; porque ya los panes están ò en los campos, ò en las alquerias. Y así por la primera carta escribiré mi ultima resolución. Porque ni quiero faltar à la república, ni vivir despues de ella muerta. Lo que mas pena me dá es, que sea tan largo y peligroso el camino hasta llegar acá, que al cabo de quarenta dias, ò mas, que las cosas han acaecido, nos llegan acá las nuevas de ellas. Tén salud.*

## ARGUMENTUM.

*Narrat, Antonio adveniente, quid egerit: et agit gratias Ciceroni, quod iniquis de se rumoribus non crediderit.*

Anno U. C. 710.

M. LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX.  
M. T. C. S. P. D.

XXXIII. **S**I vales, bene est: ego valeo. Quum audissem Antonium cum suis copiis, praemisso L. Antonio cum parte equitatus, in provinciam meam venire; cum exercitu meo ab confluyente Rhodano castra movi, ac contra eos venire institui. Itaque continuis itineribus ad Forum (\*) Vocontium veni, et ultra castra ad flumen argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo, et ultra me castra posuit. Habebat antea legionem secundam, et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed (\*\*\*) inermorum. Equitatum habet magnum. Nam omnis ex praelio integer decessit, ita ut sint amplius equitum ... (¶) Ita-

(\*) Voconium legit Cellarius.

(\*\*) Inermorum pro inermium, antique.

(¶) Vulgati Codd. habent, XXX. id est, triginta millia, quam lectionem secutus est Aprileus.

## ARGUMENTO.

Cuenta lo que hizo quando entendió que iba à él Antonio: dá gracias à Ciceron de que no havia dado credito à las falsas nuevas, que de él le havian contado.

Año de la fundacion de Roma 710.

MARCO LEPIDO SEGUNDA VEZ EMP.  
pontifice mayor, à M. T. C.

XXXIII. **S**I estás con salud, buelgome: yo salud tengo. Asi como entendí que Antonio se venia para mí con todo su campo, y que embiaba delante à Lucio Antonio con parte de la cavalleria; marché con todo mi campo de la parte do el Rone se junta, y determiné de salirles al encuentro. Y asi por mis jornadas continuas llegué à un pueblo llamado Foro Voconcio, y delante de él asenté mi campo contra los Antonianos junto al rio de la plata. Publio Ventidio ha juntado con él sus tres legiones, y asentado campo de la otra parte del mio. Hasta aora tenia la legion segunda, y gran número de soldados de las demás legiones, pero desarmados. Cavalleria tiene mucha. Porque toda escapó de la batalla sin daño ninguno, de manera que tiene mas (\*) de treinta mil cavallos. Hanse pasado à mi campo

(\*) El número de treinta mil no se lee en los libros antiguos. Pero lo leyó Abril, y vá en casi todos los impresos.

Itaque ad me complures milites , et equites ab eo transierunt ; et in dies singulos eius copiae minuuntur. Silanus et Culeo ab eo discesserunt. Nos , etsi graviter ab his laesi eramus , quod contra nostram voluntatem ad Antonium ierant ; tamen nostrae humanitatis et necessitudinis causa , eorum salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera utimur , neque in castris habemus , neque ulli negotio praefecimus. Quod ad bellum hoc attinet , nec senatui , nec reipublicae deerimus. Quae postea egerimus , faciam te certiores. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate , et (\*) proinde diligenter ab utroque conservata sunt ; tamen non dubito , in tanto et tam repentino reipublicae motu , quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obrectatoribus , me indigna , ad te delata sint , quae tuum animum magnopere moverent , pro tuo amore in reipublicam. Ea te moderate accepisse , neque temere credendum iudicasse , a meis procuratoribus certior sum factus : quae mihi ( ut debent ) gra-

(\*) i. e. aequè diligenter. Nam proinde interdum valet perinde. Manut.

po muchos de sus soldados y gente de à cavallo ; y de dia en dia se le va desbaciendo el campo. Silano y Culeon se han apartado de él. Yo , aunque me tenian muy desabrido , por haberse pasado à Antonio sin mi orden ; con todo eso por mi natural benignidad y por nuestra amistad , he tenido cuenta con ampararlos. Aunque no los empleé en cosa ninguna , ni los tengo en mi campo , ni me sirvo de ellos en ningun negocio. En lo que à esta guerra toca , yo no faltaré ni al senado , ni à la república. De lo que sucediere te daré aviso largamente. Aunque es verdad que en todo el discurso de nuestra vida siempre havemos ido à porfia qual à qual haria mas placeres por la mucha familiaridad que ha havido entre nosotros , lo qual ha sido causa de que esta aficion se conservase entre nosotros con mucha diligencia ; con todo eso tengo por cierto , que en una alteracion de república como ésta tan grande y repentina , te havrán contado mis emulos por algunas falsas nuevas algunas cosas de mí , muy ajenas de mis prendas , que te havrán dado mucha pena , por el grande amor que tienes à la república. Las quales me han escrito mis procuradores , que las has pasado con modestia , y parecidote siempre , que no eran cosas para darles credito asi ligeramente : lo qual ha sido para mí ( como era razon ) una



gratissima sunt. Memini enim et illa superiora, quae abs tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam et ornandam: quae perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te (mi Cicero) magnopere peto, si meam vitam, et studium diligentissime superioribus temporibus in republica administranda, quae Lepido digna sunt, perspecta habes; ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes: et proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. XII. kal. Iun. Ex castris, ex Ponte argenteo.

## ARGUMENTUM.

*Recepti Antonii causam in suos milites confert, dissensionem civium inique ferentes.*  
Anno U. C. 710.

LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX.  
SENAT. POP. PL. Q. R. S. D.

XXXIII. **S**I vos liberique vestri valeatis, bene est: ego quidem valco. Deos hominesque testor, patres conscripti, qua mente et quo animo semper in rempublicam fuerim,  
et

*cosa muy gustosa. Acuerdome tambien de las cosas de atrás, que procedieron de tu amor para lustre y aumento de mi honra: todo lo qual lo tendré yo en mi corazon asentado para siempre. Ruegote pues (amigo Cicero) muy encarecidamente, si en toda la vida pasada has visto bien mi manera de vivir, y mi aficion en el gobernar de la república, como se debe esperar de Lepido; que en lo que me resta de vida confies de mí lo mismo, y aun cosas mas illustres: y por esta razon huelgues de ampararme con tu autoridad, quanto en mayor obligacion vés que te estoi por tus merecimientos. Tén salud. Dada à los veinte y uno de Mayo en mi campo, junto à Puente de plata.*

## ARGUMENTO.

Carga à los soldados la culpa de haver acogido à Antonio, los que llevaban à mal la disension entre los de la misma ciudad.  
Año de la fundacion de Roma 710.

LEPIDO SEGUNDA VEZ EMP. PONT.  
mayor, al senado, pueblo, y plebe Romana.

XXXIII. **S**I vosotros y vuestros hijos tenéis salud, huelgo de ello: yo salud tengo. Dios y los hombres me sean testigos, padres conscriptos, del ánimo y voluntad que yo he tenido siempre à la república, y de  
co-

et quam nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarem : quod vobis brevi probassem , nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus conservandis communique pace , seditione facta , retinuit : meque tantae multitudinis civium Romanorum salutis atque incolumitatis causam suscipere , ut vere dicam , coëgit. In qua re ego vos , patres conscripti , oro atque obsecro , ut privatis offensionibus omissis , summae reipublicae consulatis ; neve misericordiam nostram exercitusque nostri , in civili dissensione , sceleris loco ponatis. Quod si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis , melius et vobis , et reipublicae consulatis. Data III. kal. Iun. a Ponte argenteo. Valet.



*como ninguna cosa he preciado mas que el bien comun y libertad : lo qual en breve tiempo os lo huviera mostrado por la obra , si la fortuna no me huviera quitado de entre las manos mi determinacion. Porque el egército todo ha guardado su costumbre en querer conservar los ciudadanos y tratar de paces , haciendo sobre ello un motin : y à mi en realidad de verdad me ha forzado à que tomáse à mi cargo la conservacion è indemnidad de tanta multitud de ciudadanos Romanos. Y asi yo , padres conscriptos , os suplico y pido por merced , que dejados aparte enojos particulares , mireis por el bien comun de toda la república , y no atribuyais à maldad nuestra misericordia y la de nuestro egército , en esta disension civil. Porque si tuvieredes cuenta con la conservacion y honra de todos , miraréis mejor por lo que à vosotros cumple , y à toda la república. Dada à treinta de Mayo en Puente de plata. Tened salud.*



M. TULLII  
CICERONIS  
EPISTOLAE  
AD FAMILIARES.  
LIBER UNDECIMUS.

## ARGUMENTUM.

*Decimus Brutus Albinus habitum cum Hirtio, designato consule, sermonem exponit: postulatam a se legationem liberam significat: suum consilium ostendit, vel migrandum ex Italia esse, vel postulandum publicum in urbe praesidium. Anno U. C. 709.*

D. BRUTUS M. BRUTO,  
et C. Cassio S.

I. **Q**uo in statu simus, cognoscite. Heri vesperi apud me Hirtius fuit: qua mente esset Antonius demonstravit; pessima scilicet et infidelissima. Nam se neque mihi provinciam dare posse aiebat, neque arbitrari, tuto in urbe esse quenquam nostrum; adeo esse militum con-

LIBRO ONCENO  
DE LAS EPISTOLAS  
FAMILIARES  
DE MARCO TULLIO  
CICERON.

## ARGUMENTO.

Cuenta Decimo Bruto Albino la conversacion que tuvo con Hircio, nombrado consul: dice que havia pedido una embajada libre: y le manifesta su determinacion, que era ò el salirse de Italia, ò pedir que les diesen en Roma pública guarda. Año de la fundacion de Roma 709.

DECIMO BRUTO A MARCO BRUTO,  
y Cayo Casio.

I. **E**ntended el peligro en que estamos. Ayer por la tarde estuvo conmigo Hircio: y me dió à entender qué tal era el intento de Antonio; malo realmente y traidor. Porque decia, que ni me podia dar la provincia, y que à lo que él entendia, ninguno de nosotros podia estar con seguridad en la ciudad; tanto estaban de alterados los animos de los

concitatos animos et plebis. Quod utrumque esse falsum puto vos animadvertere : atque illud esse verum , quod Hirtius demonstrabat , timere eum , ne si mediocre auxilium dignitatis nostrae habuissemus , nullae partes iis in republica relinquerentur. Quum in his angustiis versarer , placitum est mihi , ut postularem legationem liberam mihi , reliquaque nostris , ut aliqua causa proficiscendi honesta quaereretur. Haec se impetraturum pollicitus est : nec tamen impetraturum confido : tanta est hominum insolentia , et nostri insectatio. Ac si dederint quod petimus , tamen paulo post futurum puto , ut hostes iudicemur , aut aqua et igni interdiciamur. Quid ergo est , inquis , tui consilii ? Dandus est locus fortunae , cedendum ex Italia , migrandum Rhodum , aut aliquo terrarum arbitrator. Si melior casus fuerit , revertemur Romam : si mediocris , in exsilio vivemus : si pessimus , ad novissima auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum , cur novissimum tempus expectemus potius , quam nunc aliquid moliamur ? Quia , ubi consistamus , non habemus ,  
prae-

*soldados y de la comunidad. Todo lo qual bien creo entendeis quán gran mentira es : lo que pasa en realidad de verdad es , lo que Hircio me decia , que él se temia de que si teniamos algun mediano favor para defender nuestra dignidad , serian ellos excluidos del todo del gobierno público. Viendome puesto en estas dificultades , parecióme , que seria bien que yo pidiese una embajada libre para mí , y para los demás de nuestra parte , porque tuviesemos algun color honesto para salir de la ciudad. Esto prometió él de alcanzarnoslo : pero creo no lo alcanzará : segun es grande el altivez de los hombres , y la mala voluntad que nos muestran. Y ya que nos concedan lo que les pedimos , con todo eso sospecho que nos han de dar por rebeldes de aquí à poco , ò declararnos por enemigos de la patria. Pero direisme , qué es pues lo que te parece ? Que demos lugar à la furia de la fortuna , y nos salgamos de Italia , y nos retiremos à Rodas , ò à algun otro lugar. Si el caso tuviere mejor suceso , bolveremos à Roma : si mediano , estarnos hemos en destierro : si malo , acudiremos al ultimo socorro. Pero ofrecersele ha por ventura esta duda à alguno de vosotros acerca de este caso , que para qué havemos de esperar al cabo del tiempo , sino procurar luego algun remedio ? Porque no tenemos donde rehacernos , sino es arrimando-*  
nos

praeter Sex. Pompeium et Bassum Caecili-  
 lium; qui mihi videntur, hoc nuntio de  
 Caesare allato, firmiores futuri. Satis tem-  
 pore ad eos accedemus, ubi quid valeant  
 scierimus. Pro Cassio et te, si quid me veli-  
 tis recipere, recipiam: postulat enim hoc  
 Hirtius, ut faciam. Rogo vos, quam pri-  
 mum mihi rescribatis. Nam non dubito,  
 quin his de rebus ante horam quartam Hir-  
 tius certio rem me sit facturum, quem in lo-  
 cum convenire possimus. Quo me velitis  
 venire, rescribite. Post novissimum Hirti-  
 sermonem, placitum est mihi postulare, ut  
 liceret nobis esse Romae publico praesidio:  
 quod illos nobis concessuros non puto. Ma-  
 gnam enim invidiam iis faciemus. Nihil ta-  
 men non postulandum putavi, quod ae-  
 quum esse statuerem. Valet.

---

ARGUMENTUM.

*Petunt ab Antonio, utrum putet ipsos in urbe,  
 magna veteranorum militum frequentia,  
 tutos fore. Anno U. C. 709.*

BRUTUS ET CASSIUS PRAETT,  
 M. Antonio cos.

II. **D**E tua fide et benevolentia in nos  
 nisi persuasum esset nobis, non  
 scripsissemus haec tibi: quae profecto,  
 quum

*nos à Sexto Pompeyo ò à Baso Cecilio; los qua-  
 les creo, que sabida la muerte de Cesar, se  
 reharán mas. Tiempo tendremos para acudir  
 à ellos, quando entendieremos el poder que tie-  
 nen. Si algo quisieredes que yo ofrezca por ti  
 y por Casio, ofrecerlo he: porque Hircio me  
 pide que lo haga así. Por mi amor que me res-  
 pondais luego. Porque yo tengo por cierto, que  
 Hircio me traerá la resolucion de todo esto an-  
 tes de las quatro. Avisadme en donde nos po-  
 drems juntar, ò à do quereis que acuda. Des-  
 pues que ultimamente hablé con Hircio, me pa-  
 reció pedir, que nos diesen licencia para estar  
 en Roma con pública guarda: lo qual yo no  
 creo que nos lo concederán. Porque esto sería  
 hacerlos à ellos mai malquistos. Pero con todo  
 eso me pareció pedirles qualquier partido que  
 me pareciese justo. Tened salud.*

---

ARGUMENTO.

*Preguntan à Antonio, si estarán con seguridad en  
 Roma con la muchedumbre de soldados viejos.  
 Año de la fundacion de Roma 709.*

BRUTO Y CASIO PRETORES  
 à Marco Antonio consul.

II. **N**O te escribieramos esta carta, sino  
 estuvieramos bien satisfechos de ti,  
 que nos eres fiel y buen amigo: y pues ese buen  
 pro-

quum istum animum habes , in optimam partem accipies. Scribitur nobis , magnam veteranorum multitudinem Romam convenisse iam , et ad kal. Iun. futuram multo maiorem. De te si dubitemus aut vereamur , simus nostri dissimiles. Sed certe , quum ipsi in tua potestate fuerimus , tuoque adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros necesarios ; neque solum edicto , sed etiam literis id fecerimus ; digni sumus , quos habeas tui consilii participes , in ea praesertim re , quae ad nos pertinet. Quare petimus a te , facias nos certiores tuae voluntatis in nos : putesne nos tutos fore in tanta frequentia militum veteranorum , quos etiam de reponenda ara cogitare audimus : quod velle te , probare vix quisquam posse videtur , qui nos salvos et honestos velit. Nos ab initio spectasse otium , nec quidquam aliud a libertate communi quaesisse , exitus declarat. Fallere nemo nos potest , nisi tu ; quod certe abest a tua virtute et fide : sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos ; tibi enim uni credidimus et credituri sumus. Maximo timore de nobis afficiuntur amici nostri : quibus etsi tua fides explorata est ; tamen illud in mentem venit , mul-

*proposito tienes , tomarás à la buena parte lo que en ésta te escribimos. Sabemos por cartas de muchos , que gran número de soldados viejos han ya acudido à Roma , y que para el primero de Junio ha de acudir mucho mayor. Si de ti tuviesemos duda ò nos recelasemos , no seriamos quien somos. Pero pues nos pusimos en tus manos , y por tu consejo y parecer despedimos de los pueblos nuestros amigos ; y esto lo hicimos no solamente por edicto , sino tambien por cartas ; parece que merecemos que nos des parte de tu determinacion , especialmente en cosa , en que tanto nos vá. Rogamoste pues , nos des aviso de la voluntad que nos tienes : y si te parece que en tanta multitud de soldados viejos estaremos seguros , los quales entendemos que tratan de tornar en pie el altar : lo qual ninguno de los que desean nuestra honra y conservacion , puede creer que se haga con tu consentimiento. Que nuestro intento al principio fué procurar la quietud , y no otra cosa ninguna sino la libertad comun , por el suceso se vé. Nadie nos puede engañar , sino tú solo ; lo qual es cosa muy agena de tu virtud y credito : pero ningun otro tiene manera para poder nos engañar ; pues de ti solo nos confiamos y confiarémos. Nuestros amigos están con gran recelo de nosotros : los quales aunque no dudan de tu fidelidad ; con todo eso entienden , que*

multitudinem veteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quam a te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leve est ac nugatorium, ea re denuntiatio esse veteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses. Quem enim impedimento futurum putas, quum de nobis certum sit nos quieturos? Non debemus cuiquam videri nimium cupidi vitae, quum accidere nobis nihil possit sine pernicie et confusione omnium rerum. Vale.

---

ARGUMENTUM.

*Contumeliosis et minacibus literis Antonii respondent.*

Anno U. C. 709.

BRUTUS ET CASSIUS PRAETT.

Antonio cos. S. D.

III. **S**I vales, bene est. Literas tuas legimus, simillimas edicti tui, contumeliosas, minaces, minime dignas, quae a te nobis mitterentur. Nos (Antonio) te nulla lacessivimus iniuria: neque miraturum credidimus, si

*que à qualquiera le será mas facil inducir una multitud de soldados viejos, que à ti el detenerla. Rogamoste, que à todo esto nos respondas. Porque lo que se dice, que tú has mandado venir à los soldados viejos, porque haces cuenta de proponer cosas tocantes à sus intereses en el mes de Junio, es razon fria y de poco momento. Porque quién pretendes que te lo estorvará, pues de nosotros es cosa cierta que estaremos quedos? Ninguno nos debe juzgar por demasiado deseosos de vivir, pues ningun mal nos puede à nosotros suceder, sin que todo el resto de las cosas reciba gran daño y confusion. Tén salud.*

---

ARGUMENTO.

Responden à la carta que les havia escrito Antonio con amenazas y mal modo.

*Año de la fundacion de Roma 709.*

BRUTO Y CASIO PRETORES  
à Antonio consul.

III. **S**I estás con salud, holgamos de ello. Leimos tu carta muy semejante à tu edicto, llena de palabras injuriosas y de amenazas, y no tal, qual tú nos la havias de escribir à hombres de nuestras prendas. Nosotros (Antonio) ningun agravio te hemos hecho: ni jamás creimos que te pareciese novedad,

si praetores, et ea dignitate homines aliquid edicto postulassemus a consule. Quod si indignaris, ausos esse id facere; concede nobis ut doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto et Cassio tribui. Nam de delectibus habitis, et pecuniis imperatis, exercitibus sollicitatis, et nuntiis trans mare missis, quod te questum esse negas; nos quidem tibi credimus, optimo animo te fecisse: sed tamen neque agnoscimus quidquam eorum; et te miramur, quum haec reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Caesaris obiceres. Illud vero quemadmodum ferendum sit, tute cogita, non licere praetoribus, concordiae ac libertatis causa, per edictum de suo iure decedere, quin consul arma minetur. Quorum fiducia, nihil est quod nos terreas. Neque enim decet, aut convenit nobis, periculo ulli submittere animum nostrum. Neque est Antonio postulandum, ut iis imperet, quorum opera liber est. Nos si alia hortarentur, ut bellum civile suscitare vellemus, literae tuae nihil proficerent.

Nul-

*dad, que siendo pretores, y puestos en la dignidad que estamos, pidiesemos algo al consul por edicto. Y si cosa fuerte te parece esa, que nosotros hayamos tenido atrevimiento de hacerlo asi; danos tambien licencia para que tengamos sentimiento de que a Bruto y Casio no hayas tú una cosa como ésta concedido. Porque quanto a lo que dices, que no te has quejado de la gente que se ha hecho, y del dinero que se ha mandado dar, y de los egercitos que se han inducido, y de los mensageros que de allá de la mar se han embiado; nosotros te creemos, que lo has hecho con mui buena intencion: pero ni nosotros sabemos nada de eso; y nos maravillamos mucho de tí, que habiendo disimulado todo eso, no pudieses refrenar tu colera, sin darnos por baldon la muerte de Cesar. Considera tambien, cómo se pueda esto tomar con paciencia, que no puedan dos pretores, por bien de concordia y libertad, ceder algo de su derecho por edicto, sin que el consul amenace luego con las armas. Con cuya esperanza no tienes para que pensar espantarnos. Porque ni nos es honesto, ni util a nosotros, abatir nuestro corazon por ninguna manera de peligro. Ni es razon que Antonio pretenda mandar a aquellos, por cuya industria goza él de libertad. Si a nosotros otras cosas nos movieran a levantar guerra civil, tus cartas poco o no*

*na-*



Nulla enim minantis auctoritas apud liberos est. Sed pulchre intelligis, non posse nos quoquam impelli: et fortassis ea re minaciter agis, ut iudicium nostrum metus videatur. Nos in hac sententia sumus, ut te cupiamus in libera republica magnum atque honestum esse; vocemus te ad nullas inimicitias; sed tamen pluris nostram libertatem, quam tuam amicitiam, aestimemus. Tu etiam atque etiam vide quid suscipias, quid sustinere possis: neque quam diu vixerit Caesar, sed quam non diu regnarit, fac cogites. Deos quaesumus, consilia tua republicae salutaria sint ac tibi. Si minus; ut salva atque honesta republica, tibi quam minimum noceant, optamus. Pridie nonas Sextiles.

*nada aprovecharán. Porque entre gente libre las amenazas son de muy poca autoridad. Pero bien entiendes tú, que a nosotros ninguna cosa nos puede levantar: y por eso por ventura tratas con nosotros por manera de amenazas, para que lo que hacemos por nuestra propia deliberacion, parezca que lo hacemos de miedo. Nuestra determinacion es ésta, que deseamos que en república libre seas grande y muy honrado; y que contigo no queremos enemistades ningunas ni pendencias; pero con todo eso estimamos mas nuestra libertad, que tu amistad. Tú mira primero muy bien lo que emprendes, y qué es lo que puedes sustentar: y no consideres quantos años vivió Cesar, sino cuán poco le duró su reino. Dios tenga por bien, que tus consejos sean utiles para la república y para tí. Y sino; deseamos, que sin perjuicio del estado y honra de la república, te sean poco perjudiciales. Dada a quatro de Agosto.*

## ARGUMENTUM.

*Res a se gestas exponit : et , ut Cicero sua se sententia in supplicationibus decernendis adiuvet , rogat. Anno U. C. 709.*

D. BRUTUS IMP. COS. DESIGNAT.  
M. T. C. S. D.

III. **S**I de tua in me voluntate dubitarem , multis a te verbis peterem , ut dignitatem meam tuerere. Sed profecto est ita , ut mihi persuasi , me tibi esse curae. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans, quam cupiens militibus satisfacere , firmosque eos ad tuendas nostras res efficere : quod mihi videor consecutus. Nam et liberalitatem nostram et animum sunt experti. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi : multa castella cepi , multa vastavi. Non sine causa ad senatum literas misi. Adiuvam nos tua sententia : quod quum facies , ex magna parte communi commodo inservieris. Vale.

AR-

## ARGUMENTO.

Cuentale lo que ha hecho : y pide le favorezca Ciceron con su parecer, para que se le concedan supplicaciones. Año de la fundacion de Roma 709.

D. BRUTO EMP. CONSUL NOMBRADO  
à M. T. C.

III. **S**i no estuviese bien satisfecho del grande amor que me tienes , rogarteia muy encarecidamente, que mirases por mi honra. Pero es ello realmente así , como yo lo tengo por cierto , que tú tienes muy gran cuidado de mis cosas. Yo he llegado con mi campo hasta las faldas de los Alpes , no tanto con fin de ganar nombre de emperador , quanto con deseo de dar gusto y contento à los soldados , y fortificarles la voluntad para que defiendan nuestra parte : y pareceme que he salido con mi intento. Porque han hecho experiencia de mi liberalidad y voluntad. He peleado con los mas belicosos de todos : he tomado muchos castillos , y arruinado muchos. Con justa razon he dado cuenta de todo al senado por mi carta. Favorecenos con tu parecer : porque haciendolo así , mirarás muy de veras por el bien público y comun provecho de todos. Tén salud.

Tom. III.

X

AR-

## ARGUMENTUM.

*Excusat se quod Bruti literis non responderit: hortatur ad libertatem recuperandam: et suum studium ac officia pollicetur.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S.

V. **L** Upus familiaris noster quum a te venisset, quumque Romae quosdam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus maxime me tuto esse arbitrabar. Eo factum est, ut ad te Lupus sine meis literis rediret, quum tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam autem veni ad v. idus Decembris: nec habui quidquam antiquius, quam ut Pansam statim convenirem; ex quo ea de te cognovi, quae maxime optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, si ne illa quidem in re, quae a te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti. Illud tamen breviter significandum videretur, populum Romanum omnia a te exspectare, atque in te aliquando recuperandae libertatis omnem spem ponere. Tu, si dies noctesque memineris (quod te facere certo scio) quantam rem gesseris; non obliviscere profecto, quan-

## ARGUMENTO.

Escusase de no haver respondido à la carta de Bruto: le encarga perseverare en cobrar la libertad: y le promete su aficion y favor.

*Año de la fundacion de Roma 709.*

M.T.C. A D. BRUTO EMP. CONS. NOMB.

V. **Q**Uando nuestro amigo Lobo se partió de esa tierra, y quando estubo en Roma algunos dias, yo estaba en aquellas partes, en que me parecia estaria mas libre de peligro. Y esto fué la causa de que Lobo se fuese sin carta mia para tí, aunque procuró que la tuya viniese à mi poder. A Roma llegué à los nueve de Diciembre: y lo primero que procuré, fué verme con Pansa; el qual me dijo de tí lo que yo deseaba mas oír. Y así tú no tienes necesidad de amonestaciones, pues ni en aquel hecho que hiciste, que fué el mas illustre que se ha hecho despues que los hombres se acuerdan, no tuviste necesidad de quien te amonestáse. Pero con todo eso me parece que debo darte cuenta de esto brevemente, que el pueblo Romano aguarda de tí mui grandes cosas, y que tiene en tí puesta la esperanza de que con tu favor ha de acabar de cobrar su libertad. Tú, si de dia y de noche te parares à considerar la gran hazaña que hiciste; (lo qual sé de cierto que lo haces) no podrás real-

quantae tibi etiam nunc gerendae sint. Si enim iste provinciam nactus erit, (cui quidem ego semper amicus fui, antequam illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum republica bellum gerere) spem reliquam nullam video salutis. Quam ob rem te obsecro iisdem precibus, quibus senatus populusque Romanus, ut in perpetuum rempublicam dominatu regio liberet; ut principiis consentiant exitus. Tuum est hoc munus, tuae partes: a te hoc civitas, vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant. Quanquam, quum hortatione non egeas ut supra scripsi, non utar ea pluribus verbis: faciam illud quod meum est, ut tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quae ad tuam laudem et gloriam pertinebunt. Quam ob rem velim tibi ita persuadeas, me cum reipublicae causa, quae mihi vita mea est carior; tum quod tibi ipse faveam, tuamque dignitatem amplificari velim, tuis optimis consiliis, amplitudini, gloriae, nullo loco defuturum. Vale.

AR-

*mente olvidarte de las grandes cosas que aun te quedan por hacer. Porque si ese perdido (al qual yo siempre le fui amigo, hasta que entendí que no solo al descubierto, sino con toda su voluntad movia guerra à su propia patria) se apoderare de esa provincia, no veo que nos quede ninguna esperanza de remedio. Por lo qual yo te suplico con aquel mismo encarecimiento, con que lo suplica el senado y pueblo Romano, que libres la república del real yugo y servidumbre para siempre; para que los fines sean conformes à los principios. Este oficio es propio tuyo, y tuyas estas partes: esto no solo espera de ti, sino que te lo pide por derecho la misma ciudad, ò por mejor decir todas las naciones del mundo. Aunque, pues no tienes necesidad de amonestacion como poco antes decia, no quiero servirme de ella con muchas palabras: solamente haré lo que toca à mi deber y obligacion, que es hacerte oferta de todos mis cumplimientos, aficiones, cuidados, y pensamientos, que à tu alabanza y gloria pertenezcan. Por lo qual deséo tengas esto por cierto, que yo asi por amor de la república, que la precio mas que mi propia vida; como por la particular aficion que tengo de favorecerte, y de ver mui encumbrada tu honra y dignidad, acudiré en todo lugar à tus mui buenos intentos, grandeza, y dignidad. Tén salud.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Commendaverat Brutus suam dignitatem.  
Respondet Cicero sibi eam etiam atque  
etiam curae fore : idque iam in senatu  
declaratum.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S.

VI. **L**Upus noster quum Romam postridie me mane convenit , tuaque mihi mandata diligentissime exposuit , et literas reddidit. Quod mihi tuam dignitatem commendas , eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare ; quam mehercule non habeo tua cariorem. Quare mihi gratissimum facies , si exploratum habebis , tuis laudibus nullo loco nec consilium nec studium meum defuturum. Quum tribuni plebis edixissent , senatus adesset ad XIII. kal. Ian. haberentque in animo de praesidio consulum designatorum referre : quanquam statueram in senatum ante kal. Ian. non venire ; tamen quum eo die ipso edictum tuum propositum esset , nefas esse duxi , aut

## ARGUMENTO.

Haviale encomendado Bruto que bolviese por su hora. Respondele Ciceron diciendo tendrá mucho cuidado en ello : y que ya havia dado muestras en el senado.

Año de la fundacion de Roma 709.

M.T.C. A D. BRUTO EMP. CONS. NOMB.

VI. **N**uestro amigo Lobo vino à Roma desde Módena en seis dias , y se vió conmigo el dia siguiente por la mañana , donde me dió juntamente con tu carta mi particular cuenta de lo que tú le havias encargado me digese. En lo que me encargas tu honra y dignidad , pareceme que al mismo tiempo me encargas la mia propia ; pues no la precio ni estimo mas que la tuya. Por tanto me harás mi gran placer , que tengas esto por cosa averiguada , que ni mi consejo , ni tampoco mi aficion hará falta en ninguna cosa de las que pertenecieren à tu honra y alabanza. Haviendo publicado un edicto los tribunos del pueblo , para que se tuviese senado à los veinte de Diciembre , con proposito de proponer que se les diese gente de guarda à los consules nombrados : aunque havia determinado de no ballarme en el senado antes del primero de Enero ; con todo eso por haverse publicado tu edicto el mismo dia , no me pareció ser cosa lícita , que

aut ita haberi senatum , ut de tuis divinis in rempublicam meritis sileretur, (quod factum esset, nisi ego venissem) aut etiam, si quid de te honorifice diceretur, me non adesse. Itaque in senatum veni mane: quod quum esset animadvertsum, frequentissimi senatores conveniunt. Quae de te in senatu egerim, quae in concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quae ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quae est per se amplissima, summo semper studio suscepturum et defensurum. Quod quanquam intelligo me cum multis esse facturum; tamen appetam huius rei principatum. Vale.

---

ARGUMENTUM.

*Suadet, ne in salute populi R. tuenda senatus auctoritatem exspectet; sed, quod sibi rectum videatur, faciat.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S.

VII. **Q**uum (\*) adhibuisset domi meae Lupus me, et Libonem, et

(\*) MS. *adiisset.*

*ò se tuviese el senado de tal manera, que no se hablase palabra de los divinos beneficios que tú le has hecho à la república, (lo qual fuera asi, si yo no huviera venido al senado) ò que yo no me hallase presente, si algo se tratase de tí conforme à tu honra y dignidad. Y asi vine al senado luego por la mañana: y como esto se entendió, acudieron muchos senadores. Lo que traté en el senado acerca de tus cosas, y qué es lo que de tí digo en un mui gran concejo general, mas quiero que lo entiendas por cartas de otras personas. Esto querria tuvieses por cierto y entendido, que todo aquello que al acrecentamiento de tu honra pertenezca, aunque ella sé es harto illustre por sí misma, lo emprenderé y defenderé perpetuamente con toda aficion y voluntad. Y aunque entiendo que en ello tendré muchos compañeros; con todo eso procuraré de tener en ello el primer lugar. Tén salud.*

---

ARGUMENTO.

Aconsejale, que en lo que fuere menester hacer para defender à la república, no espere consulta del senado, sino que haga lo que le pareciere util à ella. Año de la fundacion de Roma 709.

M.T.C. A.D. BRUTO EMP. CONS. NOMB.

VII. **P**Or haverse visto Lobo en mi casa conmigo, y con Libon, y con tu pri-

et Servium consobrinum tuum ; quae mea fuerit sententia , cognosse te (\*) ex M. Seio arbitror , qui nostro sermone interfuit. Reliqua , quanquam statim Seium Graeceus est subsecutus , tamen ex Graecio poteris cognoscere. Caput autem est hoc , quod te diligentissime percipere et meminisse velim ; ut ne in libertate et salute populi Romani conservanda , auctoritatem senatus exspectes nondum liberi : ne et tuum factum condemnes , ( nullo enim publico consilio rempublicam liberasti ; quo etiam est res illa maior et clarior ) et adolescentem , vel puerum potius , Caesarem iudices temere fecisse , qui tantam causam publicam privato consilio suscepit : denique homines rusticos , sed fortissimos viros civisque optimos , dementes fuisse iudices ; primum milites veteranos commilitones tuos , deinde legionem Martiam , legionem quartam , quae suum consulem hostem iudicaverunt , seque ad salutem reipublicae defendendam contulerunt. Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet , quum auctoritas impeditur metu. Postremo suscepta tibi causa iam bis est,

ut

(\*) Alii : ex C. Seio.

*primo Servio , creo havrás entendido (\*) de Marco Seio , qué es lo que me parece , pues se halló presente él en nuestra plática. Lo demás podrás entender de Greceyo , aunque fué luego trás de Seio. El punto del negocio es éste , el qual sobre todo querria lo entendieses bien , y lo tuvieses siempre en la memoria ; que en lo que toca al estado y libertad del pueblo Romano y su conservacion , no aguardes el autoridad de un senado que aun no es del todo libre : porque no parezca que condenas y repruebas tu propio hecho , ( pues sin aguardar público consejo pusiste la república en libertad ; lo qual hace el hecho mayor y mas illustre ) ni entendas que Cesar con ser mozo , ó por mejor decir muchacho , fué inconsiderado en emprender un negocio público tan grave por solo su propio parecer : ni juzgues por locos à unos hombres tan valerosos y buenos ciudadanos , aunque labradores ; y sobre todo à los soldados viejos tus compañeros , y trás de ellos à la legion Marcia , y à la quarta , las quales juzgaron à su consul por enemigo de la patria , y se arrimaron à defender la libertad y estado de la patria. La voluntad del senado se ha de tener por autoridad , quando el autoridad no puede mostrarse libremente de temor. Finalmente ya tú has emprendido dos veces esta causa , de*

ma-

(\*) Otros dicen : de Cayo Seio.

ut non sit integrum ; primum idibus Martiis ; deinde proxime , exercitu novo et copiis comparatis. Quam ob rem ad omnia ita paratus atque animatus debes esse , non ut nihil facias , nisi iussus ; sed ut ea geras , quae ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

---

ARGUMENTUM.

*De legatis ad Antonium de pace missis , quaeque sit omnium de Bruto expectatio ad libertatem recuperandam , perscribit.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S.

VIII. **E**O tempore (\*) Polla tua misit, ut ad te , si quid vellem , darem literarum , quum quid scriberem non habebam. Omnia enim erant suspensa propter expectationem legatorum ; qui quid egissent , nihil dum nuntiabatur. Haec tamen scribenda existimavi : primum , senatum populumque Romanum de te laborare , non solum salutis suae causa , sed etiam dignitatis tuae. Admirabilis enim est quaedam tui nominis caritas, amor-

(\*) Id est , Valeria Paulla , uxor tua. Polla autem et Paulla dicebant veteres ἀδιαφόρος , ut Caupo , Copo : Olla , Aula : Plostrum , Plaustrum , cct. Lamb.

*manera que ya no está en tu mano el dejarla; la una à los quince de Marzo ; la otra aora ultimamente , quando juntaste egército nuevo y gente de guerra. De manera que para todas las cosas has de estar con este ánimo y proposito , no de no hacer nada mas de lo que te mandaren ; sino de hacer tales cosas , que todo el mundo las alabe con grande admiracion. Tén salud.*

---

ARGUMENTO.

Cuentale que havian embiado à Antonio embajadores que tratasen de paz , y que todos confiaban que Bruto cobraria la libertad de la república. Año de la fundacion de Roma 710.

M.T.C. A D. BRUTO EMP. CONS. NOMB.

VIII. **T**U muger Paula me embió à decir, si queria algo para tí , à tiempo que no tenia cosa de nuevo que escribirte. Porque todo estaba en calma aguardando la respuesta con los embajadores ; los quales no se sabia aun que huviesen hecho cosa ninguna. Pero con todo eso me pareció darte aviso de esto : primeramente , que el senado y pueblo Romano miran por tí , no solamente por su propia conservacion , sino tambien por tu propia dignidad. Porque es realmente cosa digna de admiracion ver el aficion que todo el mundo te tie-



amorque in te singularis omnium civium. Ita enim sperant atque confidunt, ut antea rege, sic hoc tempore regno te rempublicam liberaturum. Romae delectus habetur, totaque Italia; si hic delectus appellandus est, quum ultro se offerunt omnes: tantus ardor occupavit animos hominum desiderio libertatis, odioque diutinae servitutis. De reliquis rebus a te iam expectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Caesar meus: quos spero brevi tempore societate victoriae tecum copulatos fore. Reliquum est ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis et spero et malo cognoscere; me neque deesse ulla in re, neque unquam futurum dignitati tuae. Fac valeas.

## ARGUMENTUM.

*Prospiciat, rogat, ne consulibus amissis hostes reip. invalescant: et quid agendum videatur, monet. Anno U. C. 710.*

D. BRUTUS M. T. C. S. D.

VIII. **P**ansa amisso, quantum detrimenti republica acceperit, non

*tiene, y el amor que todos los ciudadanos muestran tenerte. Porque están con esta esperanza y confianza, que así como antes libraste la república de rei, así también la has de librar ahora del reino. En Roma, y en toda Italia se hace gente; si hacer gente se puede decir, quando todos de voluntad se ofrecen à la guerra: tan encendido deseo se les ha asentado à todos de cobrar su libertad, y tan aborrecible les es tan larga servidumbre. De lo demás ya es razón que nos escribas, qué es lo que tú haces, y lo que Hircio, y lo que mi querido Cesar: los quales confío que en breve serán tus compañeros en la comunidad de la victoria. Resta ahora escribirte lo que à mí toca, lo qual confío y quiero mas que lo entiendas por carta de los tuyos; que ni yo falto, ni faltaré jamás en cosa ninguna que à tu dignidad y honra pertenezca. Procura de tener salud.*

## ARGUMENTO.

*Encargale, mire no tomen brios los enemigos de la república con la muerte de los consules: y le advierte lo que le parece que se debe hacer. Año de la fundacion de Roma 710.*

DECIMO BRUTO A M. T. C.

VIII. **Q**uán perjudicial ha sido para la república la muerte de Pansa, no-

non te praeterit. Nunc auctoritate et prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis, sperent se conualescere posse. Ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam: sequar eum confestim. Utrumque me praestaturum spero; ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. Nam de Pollione Asinio, puto te prospicere, quid facturum sit. Multae, et bonae, et firmae sunt legiones Lepidi et Asinii. Neque haec idcirco tibi scribo, quod te non eadem advertere sciam; sed quod mihi persuasissimum est, Lepidum recte facturum nunquam, si forte vobis id de hoc dubium est. Plancum quoque confirmetis, oro: quem spero, pulso Antonio, reipublicae non defuturum. Si se Alpes Antonius traierit, constitui praesidium in Alpibus collocare, et te de omni re facere certiore. III. kal. Maii, ex castris Regii.

*notoria cosa te es. Ahora conviene que tú con tu autoridad y prudencia mires, cómo nuestros enemigos no tengan bríos para pretender esforzarse con la muerte de los consules. Yo procuraré, que Antonio no pueda parar en Italia: seguirle he luego à los alcances. Yo confío que saldré con ambas à dos cosas: la una, que Ventidio no se me escape; y la otra, que Antonio no quede en Italia. Sobre todo te ruego, que le escribas à aquel inconstantísimo Lepido, que haga de manera que no nos torne à refrescar la guerra, juntándose con Antonio. Porque lo que toca à Asinio Polion, bien creo que entiendes desde lejos lo que él hará. Tienen Lepido y Asinio muchas legiones de gente de valor. No te escribo esto, como à hombre que no entienda esto mismo; sino porque tengo por cierto, que Lepido en toda su vida hará cosa buena, por si acaso de él teneis alguna duda en esto. Ruegote tambien, que animeis à Planco: el qual tengo esperanza, que desbaratado Antonio, no hará falta à la república. Si Antonio pasáre los Alpes, tengo determinado de poner presidios en ellos, y de todo lo que sucediere darte aviso. Dada à veinte y nueve de Abril en el fuerte de Regio.*

## ARGUMENTUM.

*Queritur de quorundam malevolentia, et reip. periculum exponit. Anno U. C. 710.*

D. BRUTUS M. T. C. S. D.

X. **N**on mihi rempublicam plus debere arbitror, quam me tibi. (\*) Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, exploratum habes: si tamen hoc temporis videatur dici causa, malle me tuum iudicium, quam ex altera parte omnium istorum. Tu enim a certo sensu et vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa malevolentia et livore impediuntur. Interpellent me, quo minus honoratus sim; dum ne interpellent, quo minus respublica a me commode administrari possit. Quae quanto sit in periculo, quam potero brevissime exponam. Primum omnium, quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum, quantumque cupiditatem hominibus iniiciat vacitas, non te fugit. Satis me multa scripsisse, quae literis commendari possint, arbitror: scio enim cui scribam. Revertor nunc ad Antonium; qui ex fuga quum par-

(\*) Alii: *Nec gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me. Exploratum habes (sint, an haec temporis videantur dici causa) malle me tuum iudicium, cet.*

## ARGUMENTO.

*Quejase de la mala voluntad de algunos, y le cuenta el peligro en que se halla la república. Año de la fundacion de Roma 710.*

## DECIMO BRUTO A M. T. C.

X. **N**O entiendo que la república me deba mas à mi, que lo que yo te debo à ti. Pero bien entiendes, que te puedo ser yo mas agradecido à ti, de lo que esos perdidos son para conmigo: pero si crees que lo digo esto por contemporar contigo, mas estimo yo tu solo parecer, que de otra parte el de todos esos. Porque tú juzgas de mí con razon y sentido desapasionado: lo qual à esos se lo impide la gran malicia y embidia. Ponganme todos los impedimentos del mundo en que no se me haga honra; pero no me pongan estorvo en el administrar bien la república. La qual en quán gran riesgo esté puesta, te contaré brevemente lo mejor que pueda. Quanto à lo primero, bien entiendes quán gran confusion causa en las cosas de la ciudad la muerte de los consules, y quánta codicia pone à los hombres el vér vacante del todo el consulado. Basta à mi parecer esto que he escrito, para lo que de cartas se puede confiar: pues sé bien à quien escribo. Buelvo aora à Marco Antonio; el qual haviendo buido de la batalla con harto

Y 2

po-

parvulam manum peditum haberet inermium, ergastula solvendo, omneque genus hominum arripiendo, satis magnum numerum videtur effecisse. Huc accessit manus Ventidii, quae trans Apeninum itinere facto difficillimo (\*) ad Vada pervenit, atque ibi se cum Antonio coniunxit. Est numerus veteranorum et armatorum satis frequens cum Ventidio. Consilia Antonii haec sint necesse est: aut ad Lepidum ut se conferat, si recipitur; aut Apenino Alpibusque se teneat, et decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca in quae incurrerit; aut rursus se in Etruriam referat, quod ea pars Italiae sine exercitu est. Quod si me Caesar audisset, atque Apeninum transisset, in tantas angustias Antonium compulsem, ut inopia potius quam ferro conficeretur. Sed neque Caesari imperari potest, nec Caesar exercitui suo. Quod utrumque pessimum est. Quum haec talia sint; quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent (ut supra scripsi) non impedio.

Haec

(\*) *Ad Vada* scil. *Sabatia*, seu *Sabatorum*. *Sabata* oppidum erat in ora Genuensi, haud procul a *Savona* distans: ubi et portus, qui *Vadi*, sive vulgari elisione *Vai* appellatur. *Aprileus* locum hunc de *Vadis Foiaterranis* perperam, ut opinor, intellexit.

poco poder de infanteria y aquella desarmada, dando libertad à los esclavos, y recogiendo todo genero de gentes, parece que ha juntado harto grande egército. Hase juntado con él el egército de Ventidio, el qual marchó por detrás del Apenino por un camino harto fragoso, y llegó à los (\*) *Vados Sabatios*, y allí se juntó con Antonio. Tiene Ventidio consigo harto gran número de soldados viejos bien armados. La determinacion de Antonio de necesidad ha de ser ésta: de recogerse con Lepido, si lo quisiere recibir; y si no, entretenerse en los Alpes y en el Apenino, y saquear toda aquella tierra con la cavalleria, que tiene mucha; ò bolverse otra vez à la Toscana, por quanto aquella parte de Italia no tiene presidios. Y si Cesar me huviera creído à mí, y pasado el Apenino, yo huviera puesto à Antonio en tal estrecho, que por hambre mas presto que por armas acabaramos con él. Pero ni es posible regir à Cesar, ni menos él à su egército. Las quales dos cosas son de harto inconveniente. Y pues todo esto pasa de esta manera; no se me dá nada (como arriba digo) que los hombres pongan impedimento en lo que à mis pro-

(\*) *Están cerca de Savona en la rífera de Genova*. *Simon Abril* tradujo: *Vados de Volterra*, que están en territorio de *Pisa*. Pero la misma carta de *Bruto* no deja lugar à semejante interpretacion.

Haec quemadmodum explicari possint, aut a te quum explicabuntur, ne impedian-  
tur, timeo. Alere iam milites non possum.  
Quum ad rempublicam liberandam acces-  
si, H-S mihi fuit pecuniae CCCC amplius.  
Tantum abest, ut meae rei familiaris libe-  
rum sit quidquam, ut omnes iam meos a-  
micos aere alieno obstrinxerim. (\*) Septe-  
num numerum nunc legionum alo: qua dif-  
ficultate, tu arbitrare. Non, si Varronis the-  
sauros haberem, subsistere sumtui possem.  
Quum primum de Antonio exploratum ha-  
buero, faciam te certiolem. Tu me amabis  
ita, si hoc idem me in te facere senseris.  
III. non. Maii, ex castris, Dertona. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Memor meritorum in se Ciceronis, iter Anto-  
nii ad Lepidum, dubiamque Planci fidem,  
et suum in remp. studium significat.*

Anno U. C. 710.

D. BRUTUS IMP. COS. DESIGNAT.  
M. T. C. S. D.

XI. **E**odem exemplo a te mihi lite-  
rae redditae sunt, quo pueri  
mei attulerunt. Tantum me tibi debere  
ex-

(\*) Alii: septem nunc numeros i. e. cohortes.

*proprias cosas toca. Lo que temo es, que no po-  
dremos darles à entender esto, ò quando tú se  
lo dieres à entender, no le pongan estorvo. Ya  
no tengo de qué sustentar mis soldados. Quan-  
do emprendí de poner en libertad à la repúbli-  
ca, valia mi hacienda mas de un millon y dos-  
cientos mil escudos. Y oi no solamente no ten-  
go cosa libre, sino que aun tengo cargados de  
deudas à todos mis amigos. Mantengo (\*) siete  
legiones: ya tú puedes entender con quanta difi-  
cultad. Aunque tuviese los tesoros de Varron,  
no podria sustentar yo tanto gasto. En saber  
algo de Antonio, te daré aviso. Tenme amor,  
con esta condicion, si entendieres que te pago  
con lo mismo. Dada à cinco de Mayo en el cam-  
po, junto à Tortona. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Confiesa lo mucho que debe à Ciceron, y le di-  
ce que Antonio vá donde está Lepido, que no  
tiene aun pérdida la esperanza de Planco, y  
quánto desea el bien estar de la república.

Año de la fundacion de Roma 710.

D. BRUTO EMP. CONSUL NOMBRADO  
à M. T. C.

XI. **U**Na carta tuya recibí, que era du-  
plicada de otra, que me trageron  
mis criados. Entiendo que te debo tanto, quan-  
to

(\*) Según otros: siete compañías.

existimo , quantum persolvere difficile est. Scripsi tibi , quae hic gererentur. In itinere est Antonius : ad Lepidum proficiscitur : ne de Planco quidem spem adhuc abiecit , ut ex libellis eius animadverti , qui in me inciderunt : in quibus, quos ad Asinium , quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret , scribebat. Ego tamen non habui ambiguum , et statim ad Plancum misi : et biduo ab Allobrogibus , et totius Galliae legatos expecto , quos confirmatos domum remittam. Tu , quae istic opus erunt administrari , prospicies ; ut ex tua voluntate, reique publicae commodo fiant. Malevolentiae hominum in me , si poteris , occures. Si non poteris , hoc consolabere , quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Pridie nonas Maii , ex castris , (\*) finibus Statiellensium.

AR-

(\*) Hoc est , in agro , seu ( ut barbari loquuntur ) ditione Statiellensium. *Aquae Statiellae* , seu *Aquae Statiellonum* urbs Liguriae , inter Dertonam et Vada Sabatia , hodie vulgari vocabulo appellatur *Acqui* , et ab incolis *Aicb*. Cives huius urbis *Statiellenses* , tota vero gens *Statiellates* , posterioribus scriptoribus *Aquenses*. Graevius.

to apenas en mi vida bastaré à pagarte. Ya yo te di razon de lo que aqui pasaba. Antonio está en camino : vá donde está Lepido : y no tiene aun perdida la esperanza de Planco , como lo he entendido de unos memoriales suyos, que han venido à mi poder : en los quales venia escrito , los que havia embiado à Asinio, y los que à Lepido , y tambien los que à Planco. Yo lo tuve por cosa mui cierta , y asi embié luego à Planco : y dentro de dos dias espero embajadores de Saboya , y de toda Francia, los quales yo embiaré à sus casas bien despachados y animados. Tú considera bien lo que convendrá que ai se haga ; de manera que se haga à tu gusto, y en utilidad de la república. A la mala voluntad , que algunos me mostraren tener , satisfarás si pudieres. Y si no, consolarte has con esto , que de mi buen proposito ningunas afrentas bastarán à derribarme. Dada à los seis de Mayo del campo , en tierra de (\*) Estatiela.

AR-

(\*) Esto es , de Acqui en el Monferrato , bajo el dominio de la augusta casa de Saboya. Vocab. Lat. Ital. ad us. Taurin. Gymnas.

## ARGUMENTUM.

Queritur, ab Antonio bellum renovatum, quod hominum opinione impediri a Bruto potuisset. Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP.  
cos. des. S. D.

XII. **T**Res uno die a te accepi epistolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit; alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis et ex Graecii oratione, non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem per tuam singularem prudentiam, quin perspiciam, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa praeclara in rempublica merita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita per tuas suas omnes, cum paucis (\*) inermibus, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Qui si ita se habet, ut quemadmodum audiebam de Graecio, confiligi cum eo sine periculo non potest; sit; non ille mihi fugisse a Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse.

(\*) Alii: inermibus.

## ARGUMENTO.

Quejase de que havia renovado la guerra Antonio, solo que segun el parecer de algunos huviera podido estorvar Bruto.

Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A. DECIMO BRUTO EMP.  
consul nombrado.

XII. **T**Res cartas tuyas recibí en un mismo día: una muy corta, la qual encomendaste à Flaco Volumnio; y dos ya mas largas: de las quales la una me trajo el correo de Tito Vibio; y la otra me la embió Lolo. De tu carta y de las palabras de Greceyo entiendo, que no solamente la guerra no es muerta, pero que oi está mas encendida. Bien creo entenderás por tu mucha discrecion, que Antonio cobrará algunas fuerzas, todas aquellas tus esclarecidas hazañas que hiciste en favor de la república, todas se convertirán en humo. Porque à Roma havian venido tales nuevas, y todo el mundo lo tenía así por cosa averiguada; que Antonio havia huido muy arruinado, con poca gente, y aquella desarmada y muy atemorizada. Y si él está de manera, segun entendí de las palabras de Greceyo, que no se le puede dar la batalla sin peligro; no me parece à mí que él huyó de Modena, sino que mudó de lugar para hacernos guerra.

Itaque homines (\*) alii fatiscunt : nonnulli etiam queruntur , quod persecuti non sitis. Opprimi potuisse , si celeritas adhibita esset , existimant. Omnino est hoc populi , maximeque nostri , in eo potissimum abuti libertate , per quem eam consecutus sit. Sed tamen providendum est , ne quae iusta querela esse possit. Res sic se habet. Is bellum confecerit , qui Antonium oppresserit. Hoc quam vim habeat , te existimare malo , quam me apertius scribere. Vale.

---

ARGUMENTUM.

*Excusat tarditatem in persequendo Antonio: et in quo statu res sit , exponit.*

Anno U. C. 710.

D. BRUTUS M. T. C. S. D.

XIII. **I**Am non ago tibi gratias. Cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. Attendere te volo , quae in manibus sunt. Qua enim prudentia es , nihil te fugiet, si

(\*) Sunt qui legant : alii fracti sunt. Qui etiam: alii facti sunt. i. e. non iidem sunt , qui erant : mutati sunt ; ut interpretatur Manutius.

*Y así unos han perdido los bríos: otros se quejan de vosotros , porque no le fuistes luego en seguimiento. Y tienen por cierto , que pudierades haverlo derribado , si huvierades puesto diligencia. Esto es realmente cosa propia del pueblo , y mayormente de este nuestro , usar de libertad contra aquellos , por cuyo favor la han alcanzado. Pero con todo eso conviene mirar , cómo no pueda haver ninguna razon justa de queja. El negocio es de esta manera. Quien à Antonio derribáre , éste se llevará el premio de haver concluido esta guerra. A qué fin lo diga yo esto , mas quiero remitirlo à tu discrecion , que escribirtelo mas al descubier-to. Tén salud.*

---

ARGUMENTO.

Escusase de haver tardado en haver ido en seguimiento de Antonio: y dale razon del estado de la guerra.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

DECIMO BRUTO A M. T. C.

XIII. **Y**A no quiero darte gracias. Porque à quien con obras apenas puedo recompensar lo que le debo , no sufre el negocio que yo con él cumpla con palabras. Quiero que adviertas lo que tenemos entre manos. Porque si mis cartas con diligencia leyeres,



si meas literas diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis (Cicero) non potui. Eram sine equitibus, sine iumentis: Hirtium periisse nesciebam: Caesari non credebam, priusquam convenissem et collocutus essem. Hic dies hoc modo abiit. Postero die mane a Pansa sum arcessitus Bononiam. Quum in itinere essem, nuntiatum mihi est, cum mortuum esse. Recurri ad meas copias: sic enim vere eas appellare possum. Sunt extenuatissimae, et inopia omnium rerum pessime acceptae. Biduo me Antonius antecessit: itinera fecit multo maiora fugiens, quam ego sequens. Ille enim iit passim, ego ordinatim. Quacunque iit, ergastula solvit; homines arripuit; constitit nusquam prius, quam ad Vada (\*) venit: quem locum volo tibi esse notum. Iacet inter Apenninum et Alpes, impedimentissimus ad iter faciendum. Quum abessem ab eo millia passuum triginta, et se iam Ventidius coniunxisset, concio eius ad me est allata, in qua petere coepit a militibus, ut se trans Alpes sequerentur: sibi cum M. Lepido convenire. Succlamatum est, et frequenter a militibus Ventidians (nam suos valde quam paucos habet)

si-

(\*) Scil. Sabasia.

segun es tu mucha prudencia, no ignorarás cosa ninguna. Yo (Ciceron) por todas estas causas no pude ir luego à Antonio en el alcance. No tenia gente de à cavallo, ni bestias de carga: no sabia que Hircio fuese muerto: de Cesar no me fiaba, antes de verme y tratar con él. Este dia se nos pasó de esta manera. Otro dia por la mañana me embió à llamar Pansa, que me llegase à Bolonia. Yendo ya en el camino, tuve aviso como era muerto. Bolvíme à mi gentecilla: que asi la puedo llamar realmente. Porque están muy mal medrados, y muy necesitados de todo lo necesario. Antonio me llevaba dos dias de ventaja: y caminaba mucho mas buyendo, que yo siguiendole. Porque él caminaba sin orden, y yo marchaba en ordenanza. Por do quiera que pasó, dió libertad à los esclavos; cogió la gente que pudo; no paró hasta llegar à los Vados: del qual lugar te quiero dar noticia. Es un lugar entre el Apenino y los Alpes, muy trabajoso para caminar por él. Estando yo de él como diez leguas, y haviendose ya juntado con Ventidio, me trageron una oracion que él havia hecho à sus soldados, en que les comenzó de exortar, que le siguiesen y pasasen con él los Alpes: que él tenia concierto con Marco Lepido. Los soldados de Ventidio alzaron gran voceria (porque de los suyos tiene ya muy pocos) diciendo, que

sibi aut in Italia pereundum esse, aut vincendum. Etiam orare coeperunt, ut (\*) Pollentiam iter facerent. Quum sustinere eos non posset, in posterum diem iter suum contulit. Hac re mihi nuntiata, statim quinque cohortes Pollentiam praemisi, meumque iter eo contuli. Hora ante praesidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus. Sane quam sum gavisus. In hoc enim victoriam puto consistere. In spem venerant, quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur; neque ex Italia tam celeriter exercitum traici posse credebant. Quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitatusque omnis qui eo praemissus erat a nobis, sustinebant; nostroque adventu sustineri facilius posse confidimus. Tamen si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quod detrimentum reipublicae iniungant, summa a nobis dabitur opera. Vos magnum animum optimamque spem de summa republica habere volumus, quum et nos et exercitus nostros singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareque operam, ut quam paratissimi ab exercitu

(\*) Oppidum Liguria supra Albam, haud procul Tanari ac Sruae confluentibus, nunc exiguus vicus, vulgo, Polenza. Graev.

que ellos en Italia querian ò morir ò vencer. Y le comenzaron de rogar, que marchasen la buelta de Polencia. No pudiendo resistirles, determinó de marchar el dia siguiente. Sabido yo esto, embié delante à Polencia cinco compañías, y enderecé mi camino para allá. Mi presidio llegó à Polencia un hora antes que Trebelio llegáse con la cavalleria. Holguéme en extremo. Y en solo esto entiendo que consiste la victoria. Havian cobrado animos y brios, porque pretendian que las quatro legiones de Planco no igualarian con todo su ejército; ni creian que de Italia podria pasar ejército tan presto. Defendianse con harta soberbia hasta entonces los mismos Saboyanos, y la cavalleria que yo havia embiado delante; y con mi venida confio que se podrán defender mejor. Y si acaso pasaren el rio (\*) Isara, yo pondré diligencia mui grande, en que no hagan ningun daño à la república. Yo deséo que ai tengais grande ánimo, y mui buena esperanza de todo el resto de la república, especialmente pues nos veis à nosotros y à nuestros egércitos unidos con mui particular concordia, y aparejados para hacer en vuestro servicio toda cosa. Pero con todo eso no haveis de aflojar ninguna cosa en el poner la diligencia posible, y en procurar que estemos mui bien apercebidos de e-

Tom.III.

Z

gér-

(\*) Aora: Orse. Florez Esp. sagr. tom. I. f. 188.

reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium configamus. Qui quidem eas copias, quas diu simulatione reipublicae comparabant, subito ad patriae periculum converterunt. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Bruti literis respondet de decemviris, de legionibus perducendis, de pecunia, de hominum admiratione ob renatum bellum, cuius exitus ne timeatur, Bruti partes et munus esse dicit.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP.  
cos. des. S. P. D.

XIII. **M**irabiliter (mi Brute) laetor, mea consilia measque sententias a te probari de decemviris, de ornando adolescente. Sed quid refert? Mihi crede homini non glorioso: plane iam, Brute, frigeo. (\*) *ὄργανον* enim erat meum senatus: id est iam dissolutum. Tantam spem attulerat exploratae victoriae tua praeclara Mutina eruptio,

(\*) i. e. instrumentum.

*gército, y de las demás cosas para pelear por vuestra conservacion contra la malvada conspiracion de nuestros enemigos. Los quales, aquellos egércitos que dias ha juntaban so color de defender la república, repentinamente los han trocado para la destruicion de la patria. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Responde à la carta de Bruto sobre los diez varones, las legiones que se le deben embiar, y el dinero que pide: cuentale lo mucho que se han maravillado los hombres que se haya renovado la guerra, cuyo suceso se espera hará Bruto que sea favorable.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.  
consul nombrado.

XIII. **E**strañamente me buelgo (amigo Bruto) que te parezcan bien mis pareceres y consejos en lo que toca à los diez varones, y al hacer mucha honra à Cesar el mancebo. Pero de qué sirve todo esto? Creeme como à hombre no nada fanfarron: que realmente, amigo Bruto, ya me parece que no soi nadie. Porque mi instrumento era el Senado: el qual ya está deshecho. Tanta esperanza de cierta victoria nos dió aquella tu illustre arremetida que hiciste de Módena, y la buida

fuga Antonii conciso exercitu ut omnium animi relaxati sint; meaeque illae vehementes contentiones tanquam (\*) *σκιαμαχίαι* esse videantur. Sed ut ad rem redeam, legionem Martiam et quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te posse perducí. Pecuniae, quam desideras, ratio potest haberi, eaque habebitur. De Bruto arcessendo, Caesareque ad Italiae praesidium tenendo, valde tibi assentior. Sed ( ut scribis ) habes obtrectatores : quos equidem facillime sustineo ; sed impediunt tamen. Ex Africa legiones exspectantur. Sed bellum istuc renatum mirantur homines. Nihil tam praeter spem unquam. Nam die tuo natali, victoria nuntiata, in multa saecula videbamus rempublicam liberatam. Novi timores retexunt superiora. Scripsisti autem ad me iis, quas idibus Maiis dedisti, modo te accepisse a Planco literas, non recipi a Lepido Antonium. Id si ita est, omnia faciliora. Sin aliter, magnum negotium : cuius exitum ne extimescam, tuae

(\*) i. e. pugnae umbratiles, sive, simulacra pugnae.

de Antonio arruinado su ejército, que parece que se aflojaron con esto los corazones de todos; y aquellas mis briosas alteraciones no parecen ya sino batallas dadas à la sombra. Pero volviendo al proposito, los que tienen noticia de las legiones Marcia y quarta, dicen que de ninguna manera es posible que puedan ir à tu poder. Con el dinero que pides, se puede tener cuenta, y se tendrá. En lo que dices del mandar venir à Marco Bruto, y hacer que Cesar quede en Italia para su defension, soi de tu mismo parecer. Pero tienes ( como me escribes ) muchos emulos : à quien yo muy facilmente resisto ; pero con todo eso siempre hacen estorvo. De Africa aguardamos de dia en dia las legiones. Pero maravillanse mucho los hombres que la guerra haya tornado ai à levantarse de nuevo. Ninguna cosa jamás ha sucedido tan fuera de opinion. Porque el dia de tu nacimiento, venida la nueva de la victoria, parecianos que la república quedaba libre para muchos siglos. Estos nuevos temores parece que han deslustrado algo las cosas pasadas. Por la carta que à los quinze de Mayo me escribiste, me avisaste como entonces havias recibido una carta de Planco, en que te decia, que Lepido no se juntaba con Antonio. Si ello es asi, todo será mas facil. Pero si no, mucho hai que hacer : de lo qual à tí te toca el hacer  
de

tuae partes sunt. Ego plus quam feci, facere non possum. Te tamen (id quod spero) omnium maximum et clarissimum videre cupio. Vale.

ARGUMENTUM.

*Laudat officium et diligentiam Bruti: cuius et collegae concordiam omnibus gratam esse significat: et hortatur, ut secum iam ipse certet.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP.  
cos. des. S. P. D.

XV. **E**Tsi mihi tuae literae iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegae mandasti, ut te mihi per literas excusaret: quod fecit ille diligenter. Mihi autem nihil amabilius officio tuo et diligentia. Coniunctio tua cum collega, concordiaque vestra, quae literis communibus declarata est, senatui populoque Romano gratissima accidit. Quod superest, perge, (mi Brute) et iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, praec-

*de manera, que yo no tema el mal suceso. Yo ya no puedo hacer mas de lo que he hecho. Pero deséo verte (como confío) el mayor ciudadano de todos y mas esclarecido. Tén salud.*

ARGUMENTO.

Alaba la buena voluntad y diligencia de Bruto: dicele que ha sido muy agradable à todos la concordia con su colega: y le encarga ande en competencia consigo mismo.

Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.  
consul nombrado.

XV. **A**unque todas tus cartas son de mucho gusto para mí; con todo eso me lo dió mayor el ver, que en mitad de tus tantas ocupaciones le diste cargo à tu colega Planco, que te excusáse para conmigo por su carta: lo qual él hizo con mucha diligencia. Pero yo ninguna cosa precio ni amo mas, que el verte hacer tu deber, y la diligencia que muestras. El haverte juntado con tu colega, y la gran concordia que hai entre vosotros, la qual haveis mostrado en las cartas que escribistes à la señoría, ha sido muy agradable al senado y pueblo Romano. Lo que resta (amigo Bruto) es, que prosigas, y andes en competencia no ya con los otros, sino contigo mismo. No hai para que escribir mas largo, especialmen-

praesertim ad te ; quo magistro brevitatis uti cogito. Literas tuas vehementer exspecto : et quidem tales , quales maxime opto. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Commendat Lamiam in petitione praeturae.*  
Anno U. C. 709.

M. T. C. D. BRUTO IMP.  
cos. des. S. P. D.

XVI. **P**ermagni interest , quo tibi haec tempore epistola reddita sit; utrum quum sollicitudinis aliquid haberes , an quum ab omni molestia vacuus esses. Itaque ei praecepi, quem ad te misi , ut tempus observaret epistolae tibi reddendae. Nam quemadmodum coram, qui ad nos intempestive adeunt , molesti saepe sunt ; sic epistolae offendunt , non loco redditae. Si autem ( ut spero ) nihil te perturbat , nihil impedit , et ille cui mandavi , satis scite et commode tempus ad te cepit adeundi ; confido me , quod velim , facile a te impetraturum. L. Lamia praeturam petit. Hoc ego utor uno omnium plurimum. Magna vetustas , magna consuetudo intercedit: quod-

*mente escribiendo à ti; à quien pienso tener por maestro en la brevedad del escribir. Tu carta aguardo con mui gran deséo: y tal, qual yo puedo mas encarecidamente desear. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Encomiendale à Lamia , que pretendia el cargo de pretor. Año de la fundacion de Roma 709.

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.  
consul nombrado.

XVI. **M**ucho me vá en que se mire, en qué sazon se te dé esta carta; si quando estés con algun cuidado , ò quando libre de toda pesadumbre. Y así le encargué al mensagero que te embié , que aguardáse buena ocasion para el darte esta carta. Porque así como los que personalmente vienen à tratar negocios con nosotros fuer. de tiempo , muchas veces nos dan pena; así tambien las cartas dadas à mala sazon , muchas veces nos ofenden. Pero si ( como confio ) no tienes alteracion ninguna ni impedimento , y el hombre à quien yo lo encomendé , ha sido discreto en saber aguardar buena ocasion para hablarte ; confio que recabaré facilmente de tí lo que deséo. Lucio Lamia pretende el cargo de pretor. Es uno de los mas familiares amigos que yo tengo. Hai entre nosotros mui antiguo trato, y gran familia-

quodque plurimum valet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Magno praeterea beneficio eius, magnoque merito sum obligatus. Nam Clodianis temporibus, quum equestris ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime propugnaret, a Gabinio consule relegatus est: quod ante id tempus civi Romano contigit nemini. Hoc quum populus Romanus meminit, me ipsum non meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi, mi Brute, me petere praeturam. Quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est, (\*) magnificentissimo munere aedilitio; tamen, quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negotium. Nunc si me tanti facis, quanti certe facis, quum equitum centurias tenes in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus: ponam in extremo quod sentio. Nihil est (Brute) omnia quum a te expectem, quod mihi gratius facere possis. Vale.

AR-

(\*) Vocem magnificentissimo in editionibus Manutii et Lambini antecedit usus: quod idem valet ac *functus*, et facile abesse potest. *Olivetus ex Victorio.*

liaridad: y lo que de mayor importancia es, que yo gusto mucho de ella. Demás de que le estoy en obligacion de una muy buena obra. Porque en los tiempos de Clodio, siendo éste el mas principal de la orden de los cavalleros, y habiendo altercado con mucho brío y valor por mi conservacion, el consul Gabinio le mandó salir de Roma: lo qual basta aquel dia à ningun ciudadano Romano suceder. Y pues se acuerda de esto el pueblo Romano, vergüenza grande mia seria que yo no me acordase. Por tanto, amigo Bruto, haz cuenta que yo mismo soy el que pretende la pretura. Porque aunque Lamia tiene mucho valor, y es muy bien quisto, (\*) mayormente habiendo presentado un don de tanta magnificencia el año que fué fiel; con todo eso he yo tomado à mi cargo este negocio tan de veras, como sino huviese nada de esto. Pues si tanto me precias, quanto realmente me precias, pues tienes à tu mandar tantas centurias de cavalleros entre las quales tú eres el rei, dale orden à nuestro amigo Lobo que nos las baya. No te quiero cansar con mas razones: sino poner por remate lo que entiendo. Aunque confio (amigo Bruto) harás por mi respeto toda cosa; con todo eso ninguna cosa se puede ofrecer, en que mayor placer me bagas. Tén salud.

AR-

(\*) Acaso debia decir: y ha servido con mucha magnificencia en el cargo de fiel; con todo &c.

## ARGUMENTUM.

*Commendat iterum eundem Lamiam in petitione praeturae. Scripta epistola brevi post superiorem.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. D. BRUTO IMP. S. D.

XVII. **L** Amia uno omnium familiarissime utor. Magna eius in me non dico officia, sed merita; eaque sunt populo Romano notissima. Is magnificentissimo munere aedilitatis perfectus petit praeturam: omnesque intelligunt, nec dignitatem ei deesse nec gratiam. Sed is ambitus exstare videtur, ut ego omnia pertimescam, totamque petitionem Lamiae mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adiuuare, facile perspicio: nec vero, quantum mea causa velis, dubito. Velim igitur (mi Brute) tibi persuadeas, nihil me maiore studio a te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quam si omnibus tuis opibus, omni studio, Lamiam in petitione iuueris. Quod ut facias, vehementer te rogo. Vale.

AR-

## ARGUMENTO.

Encomienda segunda vez à Lamia que pretendia el cargo de pretor. Escribióse esta carta poco despues de la antecedente.

*Año de la fundacion de Roma 709.*

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.

XVII. **L** Amia es uno de los mas familiares amigos que yo tengo. Hame hecho muy grandes no digo placeres, sino buenas obras; de que el pueblo Romano tiene gran noticia. Este despues de haver servido al pueblo Romano en el cargo de fiel con mucha magnificencia, pretende agora el oficio de pretor: y todo el mundo entiende, que ni le falta honra ni favor. Pero parece que anda tanto soborno, que me recelo de todo, y me parece que estoi obligado à llevar en peso toda esta pretension de Lamia. En la qual bien echo de ver lo mucho que me puedes favorecer: y tambien tengo por cierto, deseas hacer por mi respeto toda cosa. Querria pues (amigo Bruto) tuvieses esto por cierto, que ni yo te podria pedir cosa ninguna con mayor deseo, ni tampoco tú me puedes hacer mayor placer, que favorecer à Lamia con todas tus fuerzas y aficion en esta empresa. Y asi te ruego encarecidamente, que lo hagas. Tén salud.

AR-



## ARGUMENTUM.

*Reprehendit in Decimo nonnullam timoris  
significationem. Scripta post Hirtium et  
Pansam consules interfectos.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP.  
cos. des. S. D.

XVIII. **E**Tsi ex mandatis, quae  
Galbae Volumnioque ad  
senatum dedisti, quid timendum suspican-  
dumque putares, suspicabamur; tamen  
timidiora mandata videbantur, quam e-  
rat dignum tua populique Romani vi-  
ctoria. Senatus autem (mi Brute) fortis  
est, et habet fortes duces. Itaque mole-  
ste ferebat se a te, quem omnium qui-  
cunque fuissent fortissimum iudicaret,  
timidum atque ignavum iudicari. Etenim  
quum, te incluso, spem maximam om-  
nes habuissent in tua virtute, florente  
Antonio; quis erat, qui quidquam ti-  
meret, profligato illo, te liberato? Nec  
vero Lepidum timebamus. Quis enim es-  
set, qui illum tam furiosum arbitraretur,  
ut qui in maximo bello pacem velle se  
dixisset, is in optatissima pace bellum  
rei-

## ARGUMENTO.

Reprehende à Bruto porque se mostraba algo te-  
meroso. Escribióse esta carta despues de la  
muerte de los consules Hircio y Pansa.

Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.  
consul nombrado.

XVIII. **A**unque por los recados, que em-  
biaste al senado con Galba y  
con Volumnio, sospechabamos, qué era lo que  
te parecia que havia que temer y sospechar;  
con todo eso parecian los recados mas llenos de  
miedo y recelo, de lo que requería la victoria  
que tú y el pueblo Romano haviades alcanza-  
do. El senado (amigo Bruto) mui buenos ace-  
ros tiene, y mui valerosos capitanes. Y asi sien-  
te mucho, que tú, à quien él tiene en reputa-  
cion del hombre mas valeroso de quantos ha  
havido, le tengas en reputacion de flojo y de  
cobarde. Porque si con estar tú cercado, y An-  
tonio en su pujanza, con todo eso tenian todos  
mui gran esperanza en tu valor; quién será  
tan pusilanime que tenga temor, viendolo à  
él arruinado, y à tí libre? Porque de Lepido  
ningun recelo teniamos. Porque quién huviera,  
que lo tuviera por tan furioso, que haviendo  
dicho que deseaba la paz estando la guerra  
mui reñida, aora que tenemos la paz tan de-  
sea-

reipublicae indiceret? Nec dubito , quin tu plus provideas. Sed tamen , tam recenti gratulatione , quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus , renovatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidem , id quod spero , ut plane abiectus et fractus sit Antonius. Sin aliquid virium forte collegerit; sentiet , nec senatui consilium , nec populo Romano virtutem deesse , nec reipublicae , te vivo , imperatorem. XIII. kal. Iun. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Reip. vicem timet : Vicetinos commendat.*  
Anno U. C. 710.

D. BRUTUS M. T. C. S. P. D.

XVIII. **A**D senatum quas literas legas ; et , si qua tibi videbuntur , commutes. Necessario me scripsisse , ipse animadvertes. Nam quum putarem , quartam et Martiam legiones mecum futuram , ut Druso Pauloque placuerat , vobis assentientibus ; minus de reliquis rebus laborandum existimavi. Nunc vero , quum sim cum tironibus egentissimis , val-

*seada moviese guerra à la república? Yo tengo por cierto , que tú debes de ver mas. Pero estando aun tan fresco el (\*) agradecimiento que hicimos à todos los templos de los dioses en tu nombre , renovar aora el temor es cosa que dá pena. Por tanto yo deséo , que Antonio esté , como yo confío , abatido y arruinado. Pero si acaso se rebiciere ; él entenderá , que ni al senado le falta consejo , ni al pueblo Romano valor , ni viviendo tú , emperador à la república. Dada à los diez y nueve de Mayo. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Teme la suerte de la república : y le encomienda à los Vicetinos.

Año de la fundacion de Roma 710.

## DECIMO BRUTO A M. T. C.

XVIII. **L**A carta que escribo al senado , querria la leyese primero ; y mudases en ella lo que te pareciese. Tú mismo echarás de ver , quàn forzado me fué el escribirlo. Porque teniendo por cosa llana , que tendria en mi compañía las legiones quarta y Marcia , conforme al parecer de Druso y Paulo , con quien os conformastes todos ; parecia-me que no tenia ya mas que pensar en lo demás. Pero aora , viendome con unos soldados

Tom.III.

Aa

vi-

(\*) Esto es : accion de gracias , como explica Grevio.

valde et meam et vestram vicem timeam necesse est.

(\*) Vicetini me et M. Brutum praecipue observant. His ne quam patiari iniuriam fieri in senatu vernerum causa, a te peto. Causam habent optimam, officium in republicam summum, genus hominum adversariorum seditiosum, et inertissimum. XII. kal. Iun. Vercellis.

---

ARGUMENTUM.

*Timere se ait Ciceronis causa: eumque monet, ut veteranorum animos sibi conciliet.*

Anno U. C. 710.

D. BRUTUS IMP. COS. DESIGNAT.  
M. T. C. S. D.

XX. **Q**uod pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaque officia cogunt, ut timeam. Saepe enim mihi quum esset dictum, neque a me contemptum, novissime Labeo Segulius, homo sui simillimus, narravit mihi apud Caesarem se fuisse, multumque sermonem de te habitum esse: ipsum Caesarem nihil sane de te questum, ni-

(\*) *Vicentia oppidum mediterraneum in Vencorum finibus, hodie Vicenza. Incolae in monum. antiq. modo Vicetini, modo Vicentini dicuntur. Graev.*

*visoños y hambrientos, no puedo dejar de estar con mucho recelo de mi vida y de la vuestra.*

*Los Vicetinos à mí y à Marco Bruto nos tienen mucho respeto. Suplicote, que por respeto de gente vil no consientas que en el senado se les haga ningun agravio. Tienen justicia en lo que piden, han hecho muchos servicios à la república, y sus contrarios son una gente amotinadora, y de muy poco valor. Dada à veinte y uno de Mayo en (\*) Vercelas.*

---

ARGUMENTO.

Dicele que teme por la vida de Ciceron: y le encarga que se concilie la buena voluntad de los soldados viejos.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

D. BRUTO EMP. CONSUL NOMBRADO  
à M. T. C.

XX. **E**L amor que te tengo, y lo mucho que por mí haces, me obligan que haga por tí, lo que no hago por mí, que es estar con recelo. Porque haviendome contado muchos una cosa, que à mí me llega al alma, ultimamente Labeon Segulio, hombre muy conforme à sus costumbres, me contó como havia estado con Cesar, y que havian hablado de tí muy largamente: y que Cesar no tenia de tí

Aa 2

otra

(\*) *Aora: Verceli, è Verceil, en el Piemonte.*

nisi dictum, quod diceret te dixisse, *laudandum adolescentem, ornandum, tollendum*: se non esse commissurum, ut tolli possit. Hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. Veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere, et tibi ab iis instare periculum; maximeque indignari, quod in decemviris neque Caesar neque ego habitus essemus, atque omnia ad vestrum arbitrium essent collata. Haec quum audissem, et iam in itinere essem, committendum nondum putavi, prius ut Alpes transgrederer, quam quid istuc ageretur, scirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, et denuntiatione periculi, sperare eos, te pertimescens, adolescente impulsus, posse magna consequi praemia: et totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant. Neque tamen non te cautum esse volo, et insidias (\*) vitantem. Nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius, neque carius. Illud vide, ne timendo, magis timere cogare: et quibus rebus potest occurrere veteranis, occurras. Primum, quod desiderant de

(\*) Alii: vitare.

*otra queja, sino de un dicho que decia havias dicho, que era él mancebo digno de ser alabado, honrado, y levantado: y que él no daria lugar à que nadie lo pudiese levantar. Esto yo creo que Labeon se lo debió de contar à Cesar, ò fingió que tú lo havias dicho, y que el mancebo no se lo pondria de su casa. Demás de esto me queria persuadir Labeon, que los soldados viejos tenian muy malas conversaciones, y que pasaba peligro no te matasen; y que estaban muy alterados, porque ni Cesar ni yo no eramos de los diez varones electos, y que todo os lo repartiades à vuestro alvedrio. Entendido todo esto, aunque ya estaba de camino, no quise con todo eso pasar los Alpes, hasta saber de cierto lo que ai pasa. Porque en lo que à tu peligro toca, creeme, que con sembrar esa fama, y amenazar con peligro, tienen esperanza, que atemorizandote à tí, y induciendo al mancebo, podrán alcanzar muy grandes premios: y que toda su cancion es procurar de sacar mucho dinero. Pero con todo eso huelgo de que seas cauto, y te guardes de peligro. Porque no hai cosa que yo mas estime, ni de que mas guste que tu vida. Lo que has de procurar es, no des ocasion de haver de temer mas, mostrandote muy temeroso: y que en lo que pudieses, les des contento à los soldados viejos. Y quanto à lo primero, haz lo que ellos quieren*  
en

de decemviris, facias: deinde, de praemiis, si tibi videtur, agros eorum millium qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos censeas ab utrisque nobis. De nummis, lente; ac ratione habita pecuniae: senatum de ea re constituturum. Quatuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Syllanis, et agro Campano. Aequaliter, aut sorte agros legionibus assignari putò oportere. Haec me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, et cupiditas otii, quod sine te consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. Legiones amo, paro. Spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus et impetus hominum. De exercitu quem Pansa habuit, legionem mihi Caesar non remittit. Ad has litteras statim mihi rescribe: tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit, meque scire opus esse putaris. Vale. VIII. kal. Ian.

(\*) Eporedia.

AR-

(\*) Colonia Romanorum in Transpadana Gallia, Sibyllinis libris a populo Rom. condi iussa in faucibus Salassorum vallis, inter duo altissima iuga in edito vertice, munimentum contra Salassos; hodie Ivrea. Graevius.

en lo de los diez varones: y en lo de los premios, si te pareciere, haz que se les repartan las posesiones de los soldados viejos que siguieron a Antonio, y que nosotros dos se las repartamos. En lo del dinero, con acuerdo; y teniendo cuenta con el dinero que hai: y que el senado verá en quanto a esto lo que cumpla. Para las quatro legiones, a quien fuistes de parecer se les repartiesen terminos, veo que havrá manera para repartirselos de los campos de Sila, y del término Campano. Pareceme que conviene repartirselos, o por partes iguales, o por suerte. Esto te escribo no presumiendo de discreto, sino por el amor que te tengo, y por deseo de ver a la república en paz, la qual sin ti no podemos tener. Yo, sino que alguna gran necesidad me obligue, no saldré de Italia. Aparejo mis legiones, y las apercibo de armas. Confio tendré un ejército no malo para contra todas las desgracias y empresas de los bombres. Del ejército que Pansa tuvo, Cesar no me embia la legion. Respondeme luego a esta carta: y si alguna cosa huviere de secreto, que te parezca importar que yo la sepa, embiame alguno de los tuyos. Tén salud. Dada a veinte y cinco de Diciembre; (\*) en Eporedia.

AR-

(\*) Esto es, en Ivrea, ciudad oi del Piamonte. Vocab. Lat. Ital. ad us. Gymn. Taurin. Cellar. Claver. et alii quam plurimi.

## ARGUMENTUM.

*Respondet proximae superiori epistolae.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP. S. P. D.

XXI. **D**li isti Segulio male faciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Quid? tu illum tecum solum aut cum Caesare, qui neminem praetermiserit, quicum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? Te tamen (mi Brute) sic amo ut debeo, quod istud, quidquid esset nugarum, me scire voluisti. Signum enim magnum amoris dedisti. Nam quod idem Segulius, veteranos queri, quod tu et Caesar in decemviris non essetis; utinam ne ego quidem essem! Quid enim molestius? Sed tamen quum ego sensissem, de iis qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere; iidem illi, qui solent, reclamant. Itaque excepti etiam estis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quaerit: non quo veterem comederit, (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem novam devoravit. Quod autem scribis, te, quod pro te ipso non facias,  
id

## ARGUMENTO.

Responde à la carta proxima antecedente.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.

XXI. **M**Al le haga Dios à ese Segulio, que es el mas mal hombre de quantos son, han sido, y serán. Piensas que eso lo trató contigo solo ni con Cesar? no ha deiado hombre del mundo, con quien él haya podido hablar, que no le haya dicho lo mismo. Pero yo (amigo Bruto) te amo como tengo obligacion, por haverme querido avisar de todo ello, aunque es cosa de aire. Porque en ello me diste muestra del grande amor que me tienes. Porque quanto à lo que dice Segulio, que los soldados viejos se quejan, porque ni tú ni Cesar no sois de los diez varones; pluguiera à Dios que yo tampoco lo fuera! Porque es el negocio de mayor pesadumbre del mundo. Pero siendo yo de parecer, que los nombrasen de los que tenían gobierno de exercitos; contradigieronlo à voces los mismos que suelen. Y así à pesar mio fuisteis excluidos. Degemos pues à Segulio, que anda buscando cosas nuevas: no porque se haya comido las viejas, (que nunca las tuvo) pero aun ésta fresca y nueva que le dieron, ya la ha consumido. Quanto à lo que me escribes, que haces por mi respeto lo que  
no

id pro me , ut (\*) timeas aliquid ; omni te ( vir optime mihi que carissime Brute ) de me metu libero. Ego enim , quae provideri poterunt , non fallar in iis ; quae cautionem non habebunt , de his non ita valde laboro. Sim enim impudens , si plus postulem , quam homini a rerum natura tribui potest. Quod mihi praecipis , ut caveam , ne timendo , magis timere cogar ; et sapienter et amicissime praecipis. Sed velim tibi persuadeas , quum te constet excellere hoc genere virtutis , ut nunquam extimescas , nunquam perturbare ; me huic tuae virtuti proxime accedere. Quam ob rem neque metuum quidquam , et cavebo omnia. Sed vide , ne tua iam ( mi Brute ) culpa futura sit , si ego quidquam timeam. Tuis enim opibus , et consulatu tuo , etiam si timidi essemus , tamen omnem timorem abiiceremus : praesertim quum persuasum omnibus esset , mihi que maxime , a te nos unice diligere. Consiliis tuis , quae scribis de quatuor legionibus , deque agris assignandis ab utrisque vestrum , vehementer assentior. Itaque , quum quidam

(\*) Sic legendum putat I. F. Gron. Et ita pridem Aprileus. Alii legunt : *ut de me timeas* , cet.

*no haces por el tuyo , que es estar con algun miedo ; yo ( amigo Bruto de mi alma , y el mejor de quantos han nacido ) te libero , por lo que à mi toca , de todo genero de miedo. Porque ya en lo que à mi providencia toque , no me dejaré engañar. Lo que humanamente no se puede prevenir , no me dá mucha pena. Porque har-to descomedido sería yo , si pidiese para mi otra suerte , de la que la naturaleza le puede dar à un hombre. Quanto à lo que me aconsejas , no dé ocasion de haver de temer mas , mostrandome mui temeroso ; tú me aconsejas como hombre mui sabio , y como mui fiel amigo. Pero querria tuvieses esto por cierto , que pues tú notoriamente excedes à todos en esa manera de virtud , de nunca mostrar cobardía , ni manera ninguna de alteracion ; yo te voi en ella mui à los alcances. Y asi no temeré cosa ninguna , y recelarme he de todas. Pero mira ( amigo Bruto ) que ya será culpa tuya , que yo tenga por que temer. Porque con tu favor , y siendo tú consul , por mui cobardes que fuésemos , haviamos de despedir todo temor de nosotros : especialmente pues entiende todo el mundo , y yo mas que ninguno , que nos tienes un amor mui singular. En lo que me escribes de las quatro legiones , y de que vosotros ambos seais los que les repartais los terminos , yo me conformo mui de veras con tu parecer. Y asi , chupandose ya los*

de collegis nostris agrariam curationem ligurirent , disturbavi rem , totamque vobis integram reservavi. Si quid erit occultius , et ( ut scribis ) reconditum ; meorum aliquem mittam , quo fidelius ad te literae perferantur. Vale. Pridie nonas Iunii.

## ARGUMENTUM.

*Commendat App. Claudium , ut ex hostium numero eximatur.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP. S. P. D.

XXII. **C**Um Appio Claudio Caii filio summa mihi necessitudo est , multis eius officiis et meis mutuis constituta. Peto a te maiorem in modum , vel humanitatis tuae vel mea causa , ut eum auctoritate tua , quae plurimum valet , conservatum velis. Volo te , quum fortissimus vir cognitus sis , etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento , nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum. Cuius quidem causa hoc melior debet esse , quod pietate adductus , pro-

los labios algunos de nuestros compañeros en este repartimiento de los terminos , yo puse es-torvo en ello , y todo el negocio entero os lo re-miti à vosotros. Si alguna cosa buviere mas oculta , y ( como tú me escribes ) mas secretas ; embiarte he alguno de los mios , para que la carta vaya à tu poder con mas seguridad. Tén salud. Dada à quatro de Junio.

## ARGUMENTO.

Encomiendale à Apio Claudio , para que haga no se le tenga por enemigo.

Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.

XXII. **C**On Apio Claudio hijo de Cayo tengo mui estrecha amistad , fundada en muchas buenas obras que él me ha hecho , y otras que yo le he hecho à él. Ruegote mui encarecidamente , por tu mucha humanidad ò por me hacer à mi merced , que huelgues de conservarlo con tu autoridad , la qual es de mucho valor. Deséo mucho , que pues te has mostrado basta aqui mui valeroso , te hagas aora reputar por mui benigno. Mui gran honra tuya será , que un mancebo tan ilustre por merced tuya se conserve. Cuya causa por esta razon parece que tiene mas disculpa , que inducido por el paternal respeto , por haverle hecho



de collegis nostris agrariam curationem ligurirent , disturbavi rem , totamque vobis integram reservavi. Si quid erit occultius , et ( ut scribis ) reconditum ; meorum aliquem mittam , quo fidelius ad te literae perferantur. Vale. Pridie nonas Iunii.

## ARGUMENTUM.

*Commendat App. Claudium , ut ex hostium numero eximatur.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO IMP. S. P. D.

XXII. **C**Um Appio Claudio Caio filio summa mihi necessitudo est , multis eius officiis et meis mutuis constituta. Peto a te maiorem in modum , vel humanitatis tuae vel mea causa , ut eum auctoritate tua , quae plurimum valet , conservatum velis. Volo te , quum fortissimus vir cognitus sis , etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento , nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum. Cuius quidem causa hoc melior debet esse , quod pietate adductus ,  
pro-

*los labios algunos de nuestros compañeros en este repartimiento de los terminos , yo puse estorvo en ello , y todo el negocio entero os lo remití à vosotros. Si alguna cosa huviere mas oculta , y ( como tú me escribes ) mas secretas ; embiarte he alguno de los míos , para que la carta vaya à tu poder con mas seguridad. Tén salud. Dada à quatro de Junio.*

## ARGUMENTO.

*Encomiendale à Apio Claudio , para que haga no se le tenga por enemigo.*

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A DECIMO BRUTO EMP.

XXII. **C**On Apio Claudio hijo de Cayo tengo muy estrecha amistad , fundada en muchas buenas obras que él me ha hecho , y otras que yo le he hecho à él. Ruegote muy encarecidamente , por tu mucha humanidad ò por me hacer à mi merced , que huelgues de conservarlo con tu autoridad , la qual es de mucho valor. Deséo mucho , que pues te has mostrado basta aqui muy valeroso , te hagas aora reputar por muy benigno. Muy gran honra tuya será , que un mancebo tan ilustre por merced tuya se conserve. Cuya causa por esta razon parece que tiene mas disculpa , que inducido por el paternal respeto , por haverle hecho

propter patris restitutionem se cum Antonio coniunxit. Quare, etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus potest hominem, summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea et gratissimum, incolumem in civitate retinere. Quod ut facias, ita a te peto, ut maiore studio, magisque ex animo petere non possim. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Ut bene de rep. speret, hortatur Ciceronem, cuius literas exspectat. Anno U. C. 710.*

D. BRUTUS M. T. C. S. P. D.

XXIII. **N**Os hic valemus recte; et quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode de nobis sentire videtur. Omni timore deposito, debemus libere reipublicae consulere. Quod si omnia essent aliena; tamen, tribus tantis exercitibus propriis reipublicae valentibus, magnum animum habere debebas: quem et semper habuisti, et nunc (fortuna adiuvante) augere potes. Quae tibi superioribus literis  
mea

*cho alzar el destierro Antonio à su padre, se juntó con él. De manera, que aunque no tengas verdadera y bastante excusa, podrás à lo menos dar alguna que sea aparente. Una sola seña tuya basta para conservar libre en la ciudad à un hombre de tan noble casta, de tanta habilidad, y tan dotado de virtud, tan amigo de hacer placeres, y tan agradecido. Suplícote pues que lo bagas tan encarecidamente, que ni con mayor afición, ni mas de corazon no te lo podria suplicar. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Encarga à Ciceron tenga buenas esperanzas de la república, y le dice que espera su carta. Año de la fundacion de Roma 710.*

DECIMO BRUTO A M. T. C.

XXIII. **A**Qui tenemos salud; y procuráremos de tenerla mejor. Lepido parece que tiene buena opinion de nosotros. Dejado ya todo temor, es tiempo ya que con libertad miremos por el bien de la república. Y aunque todo nos viniere contrario; con todo eso, estando tan concordados en servicio de la república tres exercitos tan grandes, tienes obligacion de tener gran corazon: qual siempre lo has tenido, y agora (favoreciendonos la fortuna) lo puedes tener mayor. Lo que en la carta  
pa-

mea manu scripsi , terrendi tui causa homines loquuntur. Si frenum momorderis ; peream , si te omnes , quotquot sunt , conantem loqui ferre poterunt. Ego , tibi ut antea scripsi , dum mihi a te literae veniant , in Italia morabor. VIII. kal. Iun. Eporedia.

---

ARGUMENTUM.

*Respondet superiori epistolae , qua timorem sibi exemptum dicit. Addit quid agendum ei sit : et de pecunia decreta.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. D. BRUTO S. P. D.

XXIII. **N**arro tibi : antea subira-  
scebar brevitati tuarum  
literarum ; nunc mihi loquax esse videor.  
Te igitur imitabor. Quam multa quam  
paucis ! Te recte valere , operamque da-  
re , ut quotidie melius ; Lepidum com-  
mode sentire ; tribus exercitibus quid-  
vis nos oportere confidere. Si timidus  
essem , tamen ista epistola mihi omnem  
metum abstersisses. Sed ( ut mones )  
frenum momordi. Etenim qui , te in-  
cluso , omnem spem habuerim in te,  
quid

*pasada te escribi de mi propia mano , dicenlo los hombres por atemorizarte. Si tomas el freno con los dientes ; no viva yo , si todos quantos son , comenzando tú de abrir la boca te osan esperar. Yo no saldré de Italia , como ya por la otra te escribí , hasta recibir carta tuya. Tén salud. Dada en Eporedia à los veinte y cinco de Mayo.*

---

ARGUMENTO.

Responde à la carta pasada , diciendole el grande ánimo que tiene. Dicele lo que debe él hacer : y que se le ha mandado librar dinero.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A DECIMO BRUTO.

XXIII. **C**onfiesote la verdad : hasta aora me enojaba algo con la brevedad de tus cartas ; y aora me parece que soi mui gran parlero. Y asi quiero remedarte. Qué de cosas en quan pocas razones ! Que estás con salud , y que procuras de tenerla cada dia mejor ; que Lepido tiene buena opinion ; que con tres egercitos podemos tener toda buena confianza. Aunque yo fuera una gallina , bastaba esta tu carta para quitarme todo el miedo. Pero ( como me lo amonestas ) ya he tomado el freno con los dientes. Porque si estando tú cercado , tenia yo en tí toda mi esperanza,  
Tom. III. Bb qué

quid nunc putas? Cupio iam vigiliam meam, Brute, tibi tradere; sed ita ut ne desim constantiae meae. Quod scribis, in Italia te moraturum dum tibi literae meae veniant; si per hostem licet, non erraris: multa enim Romae. Sin adventu tuo bellum confici potest; nihil sit antiquius. Pecunia; expeditissima quae erat, tibi decreta est. Habes amantissimum (\*) Servium. Nos non desumus. Vale. VIII. idus Iunias.

---

ARGUMENTUM.

*Exspectari a se Bruti literas ait: sibi nihil esse quod scriberet: in ipso et Planco spem omnem esse. Anno U. C. 710.*

M. T. C. D. BRUTO S. P. D.

XXV. **E**Xspectanti mihi tuas quotidie literas, Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem, etsi quid scriberem, non habebam; (acta enim ad te mitti sciebam: inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam) brevitatem secutus sum, te magistro. Sci-

(\*) Alii: *Servilium*, Isaurici filium.

*qué entiendes que haré aora? Deséo ya, amigo Bruto, entregarte el oficio de centinela; pero de manera que no falte à mi constancia. Quanto à lo que me escribes, que te estarás quedo en Italia hasta que recibas carta mia; si el enemigo te diere lugar, será cosa acertada: porque muchas cosas hai que mirar en Roma. Pero si con tu ida se puede dar fin à la guerra; esto es lo principal. El dinero, que havia mas apercibido, se te ha mandado librar. Mui favorable tienes à Servio. Yo acudo à todo. Tén salud. A los seis de Junio.*

---

ARGUMENTO.

Dice que espera carta de Bruto: que no se ofrece cosa que escribirle: y que toda la esperanza estriba en él y en Planco.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A DECIMO BRUTO.

XXV. **D**E cada dia estaba aguardando tu carta, quando nuestro amigo Lobo con gran prisa me dijo, que te escribiese, si algo se me ofrecia que escribirte. Yo pues, aunque no havia cosa de nuevo que poderte escribir; (pues los aētos publicos sé que te los escriben: y palabras vacias en las cartas entiendo que no te dán gusto) quise ser breve, como tú por tus cartas me lo enseñas.

Scito igitur, in te et in collega spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego, quemadmodum praecipis, privatis literis ad bellum commune vocare non desino. Qui utinam adesset! intestinum urbis malum, quod est non mediocre, minus timeremus. Sed quid ago? non imitor (\*) λακωνισμὸν tuum? altera iam pagella procedit. Vince et vale. XIII. kal. Quint.

## ARGUMENTUM.

*Sollicitus ob Antonii cum Lepido coniunctionem, legiones quam primum sibi, et stipendium mitti postulat.*

Anno U. C. 710.

D. BRUTUS IMP. M. T. C. S. P. D.

XXVI. **M**Aximo meo dolore hoc solatio utor, quod intelligunt homines, non sine causa me timuisse ista quae acciderunt. Deliberent, utrum traiciant legiones ex Africa, (\*\*) necne, et ex Sardinia: Brutum arcessant, necne: et

(\*) i. e. brevitatem sermonis, qua tu soles uti.

(\*\*) Alii sic interpungunt: necne: et ex Sardinia Brutum arcessant, necne: cet. Sed perperam; tum enim M. Brutus erat in Macedonia.

*Hagote pues saber, que en tí y en tu colega está puesta toda la esperanza. De Marco Bruto no sabemos hasta aora cosa cierta: pero yo no ceso, como tú me lo encargas, de inducirlo con mis cartas à que nos haga compañía en esta guerra: Y pluguiese à Dios que ya estuviese aquí! porque temeríamos menos el mal, que la república tiene encerrado en las entrañas. Pero qué hago? no imito ya tu brevedad laconica? ya paso à la segunda plana. Vence, y téen salud. A los diez y ocho de Junio.*

## ARGUMENTO.

Cuidadoso por haverse juntado Antonio con Lepido, pide se le embien quanto antes las legiones y las pagas.

Año de la fundacion de Roma 710.

DECIMO BRUTO EMP. A M. T. C.

XXVI. **E**N este mi tan grave sentimiento tengo este consuelo, que todo el mundo entiende, con cuánta razon yo me recelaba de lo que aora ha sucedido. Determinense pues, si han de hacer pasar las legiones (\*) de Africa y Cerdeña, ò si no: si han de hacer venir à Marco Bruto, ò si no: si à mí me

(\*) Otros, segun la variante latina, dirian: de Africa, ò si no: si han de hacer venir de Cerdeña à Marco Bruto, ò si no: &c.

et mihi stipendium dent , an non , decernant. Ad senatum literas misi. Crede mihi , nisi ista omnia ita fiunt quemadmodum scribo , magnum nos omnes adituros periculum. Rogo te , videte quibus hominibus negotium detis , qui ad me legiones adducant. Et fide opus est et celeritate. III. non. Iun. ex castris.

---

ARGUMENTUM.

*Questus erat Matius , accusari se a Cicerone , tum quod in lege quadam Caesaris suffragium tulisset ; tum etiam quod ludos , Caesari mortuo ab Octaviano datos , curasset. Cicero se ita purgat , ut alterum negari a se dicat ; alterum defendi.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. MATIO S.

XXVII. **N**ondum satis constitui molestiae ne plus an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo cum plenus officii , tum utriusque nostrum amantissimus. Nam quum in Tusculanum vesperi venissem , postridie ille ad me , nondum satis firmo corpore quum esset , mane venit. Quem quum obiurgarem , quod parum

va-

*me han de embiar las pagas , ò sino , acabense ya de determinar. Yo he escrito al senado. Creeme , que si todo no se hace de la manera que yo escribo , todos nosotros corremos gran peligro. Ruegote , que mireis bien à quien dais cargo de que me traiga las legiones. Porque es menester que se haga con fidelidad y con presteza. Tén salud. A los tres de Junio , de mi campo.*

---

ARGUMENTO.

Haviase quejado Macio , de que le acusaba Ciceron , porque havia aprobado cierta lei de Cesar ; y porque se havia encargado de las fiestas funerales , que Octaviano havia hecho por Cesar. Disculpase Ciceron diciendo à lo primero , que no era como le havian dicho ; y à lo segundo , que aprobaba lo que havia hecho.

*Año de la fundacion de Roma 709.*

M. T. C. A MACIO.

XXVII. **N**O sabia bien determinar, si la venida de nuestro amigo Trebacio , persona de tantos cumplimientos , y à ambos à dos nosotros tan aficionado , me dió mas pena ò mas contento. Porque haviendo yo llegado à mi granja Tusculana por la tarde , el dia siguiente luego por la mañana me vino à vér , no estando aun bien esforzado. Reprehendiendolo pues yo , como à hombre que mi-

ra-

valetudini parceret ; tum ille , nihil sibi longius fuisse , quam ut me videret. Num quidnam , inquam , novi ? Detulit ad me querelam tuam : de qua prius quam respondeo , pauca praeponam. Quantum memoria repetere praeterita possum , nemo est mihi te amicus antiquior. Sed vetustas habet aliquid commune cum multis ; amor non habet. Dilexi te , quo die cognovi ; meque a te diligere iudicavi. Tuus deinde discessus , isque diuturnus , ambitio nostra , et vitae dissimilitudo non est passa , voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum civile , quum Caesar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile esse putabas , nec inutile ipsi Caesari , perfecisti , ut ille me diligeret , coleret , haberet in suis. Multa praetereo , quae temporibus illis inter nos familiarissime dicta , scripta , communicata sunt. Graviores enim sunt consecuta.

Et

*raba mal por su salud; él me respondió al momento, que le havia parecido un siglo hasta poderse vér conmigo. Cómo, hai alguna novedad? le respondí yo. Entonces él me dió muy larga cuenta de tu queja: pero antes de responder à ella, quiero poner ciertas razones como por manera de principio. Quanto yo puedo estender mi memoria à lo pasado, ningun amigo tengo que me sea mas antiguo que tú me eres. Aunque esto de la antigüedad tiene alguna comunidad con otros muchos; la qual no tiene el amor. Améte de corazon el mismo dia que te ví; y juzgué que tú me querias bien. El haverte despues salido tú de Roma, y el haver estado ausente tanto tiempo, el haverme yo entremetido en los cargos de la república, y el haver los dos seguido tan diferente manera de vivir, nos estorvó el confederar nuestras voluntades con particular conversacion. Pero con todo eso conoci la voluntad que me tenias muchos años antes de la guerra civil, quando Cesar estaba en Francia. Pues por parecerte que era cosa que me convenia, y que al mismo Cesar no le estaba mal, fuiste el todo para que él me amase, honrase, y tuviese por uno de sus amigos. Muchas cosas paso por alto, que entonces nos digimos, escribimos, y tratamos entre nosotros con toda familiaridad. Porque lo que despues sucedió, fué ya de mayores prendas*

Et initio belli civilis, quum Brundisium versus irès ad Caesarem, venisti ad me in (\*) Formianum. Primum, hoc ipsum quanti, praesertim temporibus illis? Deinde, oblitum me putas consilii, sermonis, humanitatis tuae? quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec vero sum oblitus litterarum tuarum, quas ad me misisti, quum Caesari obviam venisses in agro (ut arbitrator) (\*\*) Trebulano. Securum illud tempus est, quum me ad Pompeium proficisci sive pudor meus coëgit, sive officium, sive fortuna. Quod officium tuum; quod studium, vel in absentem me, vel in praesentes meos defuit? Quem porro omnes mei, et mihi et sibi te amiciores iudicaverunt? Veni Brundisium. Oblitum ne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad me Tarento advolaris? quae tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, fracti communium miseriarum metu? Tandem aliquando

Ro-

(\*) Est villa Ciceronis, in medio oppidorum Formiae et Caietae in litore posita: unde etiam *Caieta* dicta est, et *villa Caietana*, in qua Cic. postea fuit caesus. Etiam nunc hodie visuntur eius reliquiae et rudera, diciturque *la villa di Cicer*. Cluver.

(\*\*) Trebulae in agro Sabino fuerunt, ubi nunc est oppidum *Monte Leo* vocatum, cuius ad radices antiqui lapides, inscripta Trebularum mentione, aliquot exstant. *Manutius*.

*das de amor. Porque al principio de la guerra civil, quando te ibas à vér con Cesar en Brindez, te veniste à vér conmigo à mi granja Formiana. Esto pues quanto à lo primero, en quánta estima es razon tenerlo, especialmente en tales tiempos? Demás de esto, piensas que tengo olvidado aquel tu consejo, aquella tu buena conversacion, y humanidad? en todo lo qual me acuerdo que se halló presente Trebatio. Tampoco tengo puesta en olvido la carta que me escribiste, quando me ví con Cesar (si bien me acuerdo) en el campo (\*) Trebulano. Siguióse el tiempo, en que ò mi vergüenza, ò mi obligacion, ò mi mala fortuna me obligó à juntarme con Pompeyo. Qué cumplimiento dejaste de hacer; qué aficion de mostrar; ò en favor mio estando yo ausente, ò en el de los míos que los tenias presentes? A quién conocieron por tan amigo como à ti, asi para mí como para ellos? Vine en fin à Brindez. Piensas que estoi olvidado de con quánta presteza veniste à verme bolando desde Taranto, luego que lo supiste? quán buena compañía me hiciste? qué palabras me digiste? qué ánimo me diste, especialmente viendome tan afligido del temor de aquellas comunes desventuras? Vino en fin el tiempo en que comenzamos*

ya

(\*) Trebulae estaba en tierra de los Sabinos, donde es el Monte Leone.



Romae esse coepimus : quid defuit nostrae familiaritati ? In maximis rebus, quonam modo me gererem adversus Caesarem, usus tuo consilio sum. In reliquis officiis, cui tu tribuisti (excepto Caesare) praeter me, ut domum ventitares, horasque multas saepe suavissimo sermone consumeres, tum, quum etiam (si meministi) ut haec (\*) φιλοσοφίματα scriberem, tu me impulisti. Post Caesaris reditum, quid tibi maiori curae fuit, quam ut essem ego illi quam familiarissimus ? quod effeceras. Quorsum igitur haec oratio longior quam putaram ? Quia sum admiratus, te, qui haec nosse deberes, quidquam a me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. Nam praeter haec quae commemoravi, quae testata sunt et illustrata, habeo multo occultiora, quae vix verbis exsequi possum. Omnia me tua delectant : sed maxime maxima cum fides in amicitia, consilium, gravitas, constantia ; tum lepos, humanitas, literae.

(\*) i. e. quae a Philosophis tractantur. Haec autem indigitat Cicero libros de Finibus, Tusculanas quaestiones, et alia, quae scripsit afflicta re-pub. Ex Manus.

ya de estar de asiento en Roma : qué cumplimiento dejó de haver en nuestra familiaridad ? En el cómo me había de tratar con Cesar en las cosas de mas peso, seguí tu consejo y parecer. En los de más cumplimientos, con quién (fuera de Cesar) los usaste mayores que conmigo, viniendome à ver à mi casa, y estandote conmigo muchas horas en mui sabrosa conversacion ? quando (si bien te acuerdas) me persuadiste, que escribiese esos libros de Filosofia. Despues que Cesar bolvió, qué cosa procuraste tú con tanta diligencia, como fué que él me tuviese por su mui familiar amigo ? y saliste con ello realmente. A qué fin pues ha corrido este mi razonamiento mas lejos de la que yo pensaba ? Porque me he maravillado mucho realmente, que un hombre tan grave como tú, que todas estas cosas las havias de tener mui en la memoria, creyeses que yo huviese hecho cosa, que fuese agena de una amistad como la nuestra. Porque demás de todo esto que aquí he dicho, que son cosas mui notorias y de mucha calidad, tengo otras muchas secretas, que apenas sabré encarecerlas con palabras. Todas tus cosas me dan mui en gusto : pero particularmente en lo que al amistad toca, tu mui gran fidelidad, tu consejo, tu gravedad, tu firmeza ; y demás de esto tu buena gracia, tu humanidad, tus muchas le-tras.

Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego, te suffragium tulisse in illa (\*) lege, primum non credidi: deinde, si credidissem, nunquam id sine aliqua justa causa existimarem te fecisse. Dignitas tua facit, ut abimadvertatur quidquid facias: malevolentia autem hominum, ut nonnulla durius, quam a te facta sint, proferantur. Ea tu si non audis, quid dicam nescio. Equidem, si quando audio, tam defendendo, quam me scio a te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex. Alia sunt, quae liquido negare soleam, ut de isto ipso suffragio: alia, quae defendam a te pie fieri et humane, ut de curatione ludorum. Sed te hominem doctissimum non fugit, si Caesar rex fuerit, (quod mihi quidem videtur) in utramque partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego uti soleo, laudandam esse fidem et humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas; vel in eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriae vitae amici anteponendam.

Ex

(\*) Sc. qua Caesar possessiones ac res per arbitros aestimari iussit, ut creditoribus satisfaceret.

tras. Por tanto vuelvo aora à tu queja. Yo, quanto à lo primero, nunca creí que tú havias votado en favor de aquella lei: demás de esto, aunque lo huviera creído, tuviera siempre por cierto, que tú no lo havias hecho sin alguna causa mihi bastante. Tu grande dignidad es causa, que se eche mucho de ver todo lo que haces: y las malas entrañas de los hombres son parte, para que algunas cosas se digan con mas aspereza, de la con que tú las haces. Si de esto tú no tienes noticia, no sé que decirte. Yo realmente, si alguna vez me dicen algo, con tanto fervor lo defiendo, con quanto sé que tú me sueles defender contra mis reprehensiones injustos. Uso en ello de dos maneras de defension. Porque hai cosas que yo las suelo negar à pie juntillas como dicen, como es eso del voto: hai otras, que defiendo que las puedes hacer pia y humanamente, como es eso del haver tenido cargo de las fiestas. Pero tú, pues eres tan docto, bien sabes, que aunque Cesar haya sido rei, (lo qual à mi me lo parece) se puede disputar en pro, y en contra de tus cumplimientos: ora en la que yo suelo defender, que tu fidelidad y humanidad es digna de alabanza, pues muestras tener tanto amor à tu amigo despues de su muerte; ora en la que algunos defienden, que la libertad de la patria debe ser preferida à la vida del amigo. Plu-

guie.

Ex his sermonibus utinam essent delatae ad te disputationes meae ! Illa vero duo, quae maxima sunt laudum tuarum , quis aut libentius quam ego commemorat, aut saepius ; te et non suscipiendi belli civilis gravissimum auctorem fuisse , et moderandae victoriae ? in quo qui mihi non assentiretur , inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro , qui mihi dedit causam harum literarum : quibus nisi credideris , me omnis officii et humanitatis expertem iudicaris : quo nec mihi gravius quidquam potest esse , nec te alienius. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Respondet superiori Ciceronis , purgatque se adversus vituperatores.*

Anno U. C. 709.

MATIUS M. T. C. S.

XXVIII. **M**agnam voluptatem ex tuis literis cepi , quod , quam speraram atque optaram , habere te de me opinionem cognovi. De qua , etsi non dubitabam ; tamen quia maximi aestimabam , ut incorrupta maneret , laborabam :  
Con-

*guiese à Dios que à tí te huviesen dicho las muchas disputas que yo sobre eso tengo ! Pero aquellas dos cosas , que son las mayores de tus alabanzas , quién las publica mas veces que yo , ni de mejor gana ; que tú digiste muy grave parecer sobre que no pasase adelante la guerra civil , y tambien sobre que la victoria fuese moderada ? en lo qual no he hallado ninguno , que no fuese de mi opinion. De manera que yo se lo agradezco mucho à nuestro amigo Trebacio , el haverme dado ocasion para escribirte esta carta : à la qual no darle credito , seria juzgarme por hombre falto de todo cumplimiento y de toda humanidad : que seria para mí la cosa mas fuerte del mundo , y para tí la mas agena de tus partes y valor. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Responde à la carta pasada de Ciceron , y se descarga de lo que contra él decian sus contrarios. Año de la fundacion de Roma 709.*

MACIO A M. T. C.

XXVIII. **G**Ran contento me dió tu carta , por entender tenias de mí aquel concepto y opinion , que yo de tí esperaba y deseaba. Porque , aunque no dudaba de ella ; con todo eso por tenerla yo en tanta estima , deseaba mucho que se conservase en su entereza y  
Tom.III. Cc per-

Consciūs autem mihi eram , nihil a me commissum esse , quod boni cuiusquam offenderet animum. Eo minus credebam , plurimis atque optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse ; praesertim in quem mea propensa et perpetua fuisset , atque esset benevolentia. Quod quando , ut volui , scio esse ; respondebo criminibus , quibus tu pro me ( ut par erat (\*) tuae singulari bonitati et amicitiae nostrae ) saepe restitisti. Nota enim mihi sunt , quae in me post Caesaris mortem contulerint. Vitio mihi dant , quod mortem hominis necessariū graviter fero ; atque eum , quem dilexi , periisse indignor. Aiunt enim , patriam amicitiae praeponendam esse : perinde ac si iam vicerint , obitum eius reipublicae fuisse utilem. Sed non agam astute. Fateor me ad istum gradum sapientiae non pervenisse. Neque enim Caesarem in dissensione civili sum secutus : sed amicum , re quanquam offendebar , tamen non deserui : neque bellum unquam civile , aut etiam causam dissensionis probavi ; quam etiam nascentem

ex-

(\*) Ita Gronovius. Alii legunt : *tua singulari bonitate , et amicitia nostra.*

*perfeccion. Bien satisfecho estaba yo de mí en mi conciencia , que no havia hecho cosa , que al ánimo de ningun bueno huviese de ofender. Y por esto estaba bien cierto , que à un hombre como tú , de tantas y tan esclarecidas letras arreado , no se te podría persuadir tan de ligero cosa alguna ; especialmente haviendo yo siempre tenido , y teniendo de presente mi voluntad tan inclinada à tu servicio. Y pues esto está como yo lo deseaba ; responderé à las culpas que me cargan , à quien tú por amor de mí ( como era razon , y tu bondad y nuestra amistad lo requiere ) has resistido muchas veces. Porque bien entendido tengo todo aquello , de que despues de la muerte de Cesar me hacen cargo. Danme culpa , porque hago tanto sentimiento de la muerte de un hombre tan familiar amigo mio ; y porque siento en el alma , que haya muerto , à quien yo tanto amor le tuve. Porque dicen , que la patria ha de ser preferida à la amistad : como si ya tuviesen probado , que la muerte de Cesar ha sido util à la república. Pero no quiero tratar forraçamente. Yo confieso que no he llegado à ese grado de sabiduria. Porque yo en la discordia civil no seguí à Cesar : sino que à mi amigo , aunque la causa me daba pena , no quise faltarle : ni jamás me pareció bien la guerra civil , ni la causa de ella ; y procuré con todas mis fuerzas*

Cc 2

de

extingui summe studui. Itaque in victoria hominis necessarii, neque honoris, neque pecuniae dulcedine sum captus: quibus praemiis reliqui, minus apud eum quam ego quum possent, immoderate sunt abusi. Atque etiam res familiaris mea lege Caesaris diminuta est: cuius beneficio plerique, qui Caesaris morte laetantur, remanserunt in civitate. Civibus victis ut parceretur, aequae ac pro mea salute, laboravi. Possum igitur, qui omnes voluerim incolumes, eum a quo id impetratum est, periisse non indignari? quum praesertim iidem homines illi et invidiae et exitio fuerint. Plecteris ergo (inquiunt) quum factum nostrum improbare audes. O superbiam inauditam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impunito licere! At haec etiam servis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent, suo potius quam alterius arbitrio: quae nunc (ut quidem isti dictitant) libertatis auctores, metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt. Nullius unquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate desciscam.

Nun-

*de apagarla en su principio y nacimiento. Y asi, aunque alcanzó la victoria un hombre tan familiar amigo mio, ni me tomó codicia de cargos honrosos, ni menos de hacienda: de los quales premios, otros, que eran menos cabidos con él que yo, se aprovecharon excesivamente. Y aun por la lei de Cesar vino mi hacienda mucho à menos: haviendo quedado muchos de los que aora se alegran con la muerte de Cesar en la ciudad por particular merced de Cesar. Que à los ciudadanos vencidos se les concediese perdon, lo procuré como el vivir. Cómo puedo yo pues dejar de sentir en el alma, haviendo deseado que todos fuesen salvos, el ver muerto aquel de quien esto se alcanzó? especialmente pues los mismos que le dieron la muerte, fueron por quien él estaba mal quisito. Pagarlo has pues (dicen) ya que osas sentir mal de nuestro hecho. O soberbia nunca oida! que unos se jacten de tan gran maldad, y otros no puedan sentir pena de ella libremente! Pues esto aun à los esclavos siempre les fué licito, que temiesen, que se alegrasen, que se doliesen, à su alvedrio y voluntad, y no à la de los otros: lo qual esos que (segun ellos publican) son los autores de la libertad, nos lo quieren quitar con temores y amenazas. Pero poco les aprovecha. Porque jamás por medio de ningun peligro faltaré à mi deber y humanidad.*  
Por-

Nunquam enim honestam mortem fugiendam, saepe etiam appetendam putavi. Sed quid mihi succensent, si id opto, ut poeniteat eos sui facti? Cupio enim Caesaris mortem omnibus esse acerbam. At debeo pro civili parte rempublicam velle salvam. Id quidem me cupere, nisi et ante acta vita et reliqua mea spes, tacente me, probat, dicendo vincere non postulo. Quare maiorem in modum te rogo, ut rem potiore oratione ducas: mihi que, si sentis expedire recte fieri, credas, nullam communionem cum improbis esse posse. An quod adolescens praestiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc, aetate praecipitata, commutem, ac me ipse retexam? Non faciam: neque, quod displiceat, committam; praeterquam quod hominis mihi coniunctissimi, ac viri amplissimi doleo gravem casum. Quod si aliter essem animatus, nunquam, quod facerem, negarem: ne et in peccando improbus, et in dissimulando timidus ac vanus existimarer. At ludos, quos Caesaris victoriae Caesar adolescens fecit, curavi.

At

*Porque una honrosa muerte jamás me pareció que era cosa de rehusar, y muchas veces que era digna de desear. Pero por qué se quejan de mí, porque deséo que algun día se arrepientan de lo que han hecho? Porque yo deséo que la muerte de Cesar à todos les dé pena. Pero tengo obligacion como ciudadano de desear vér la república puesta en libertad. Quán de veras lo desée yo eso, no quiero que por mi palabra se me crea, si mi pasada vida, y todas las demás esperanzas mias, sin que yo hable, no lo muestran. Por tanto encarecidamente te suplico, que tengas este negocio por mas grave de lo que yo puedo encarecerlo con palabras: y si entiendes que el hacer uno lo que debe es cosa que conviene, me creas, que yo con mala gente jamás podré tener contratacion ninguna. Bueno sería por cierto, que lo que en mi mocedad hice, quando para mi yerro podia haver alguna excusa, lo trocáse aora al cabo de mis años, y mudáse aora de costumbres. No haré tal realmente: ni haré cosa que parezca mal; demás de que siento el grave caso de un hombre tan amigo mio, y tan principal varon. Y si otro proposito tuviese, nunca encubriria mi pecho: por no parecer malo en el errar, y cobarde è inconstante en el disimular. Procuré asi mismo las fiestas, que Cesar el mancebo hizo por la victoria de Cesar. Eso mas es*

At id ad privatum officium, non ad statum reipublicae pertinet. Quod tamen munus, et hominis amicissimi memoriae ac honoribus praestare etiam mortui debui; et optimae spei adolescenti, ac dignissimo Caesare, petenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonii domum saepe, salutandi causa: ad quem, qui me parum patriae amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi causa, frequentes ventitasse reperies. Sed quae haec est arrogantia? quod Caesar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamen iis uterer; eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me efficere conari, ne quos velim diligam? Sed non vereor, ne aut meae vitae modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores; aut ne etiam ii, qui me non amant propter meam in Caesarem constantiam, non malint mei, quam sui similes amicos habere. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitae, in otio Rhodi degam: sin casus aliquis interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas ago gratias, quod

*cosa que toca à la particular obligacion, que al estado de la república. Y aquel cumplimiento tenia yo obligacion de hacerlo por la memoria y honra de un hombre tan amigo mio; y rogandomelo Cesar mancebo de tan buenas esperanzas, y tan digno de su tio, no le pude decir de no. Tambien vine muchas veces à casa del consul Antonio à visitarlo: à cuya casa, los que me tienen por poco aficionado à la patria, hallarás por verdad que fueron muchas veces à rogarle algo y sosacarle. Pero qué presuncion es esa? qué lo que Cesar nunca me estorvó, que tuviese amistad con quien yo quisiese, y aun con aquellos à quien él no tenia buena voluntad; y que los que un tan principal amigo me han quitado, pretendan murmurando de mi hacer, que yo no tenga aficion à quien quisiere? Pero yo no temo, que ò el comedimiento de mi pasada vida no baste à defenderme de aquí adelante contra los falsos testimonios; ò que los que no me tienen aficion por la firmeza que muestro en el amor de Cesar, no deseen mas tener tales amigos como yo soi, que no como son ellos. Si las cosas à mi me sucedieren como yo deséo, el resto de mi vida lo pasaré en Rodas: y si algun suceso me lo estorvare, de tal manera viviré en Roma, que desearé siempre en todo buenos hechos. A nuestro amigo Trebacio se lo agradezco mucho,*  
por

quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit : et quod eum, quem semper lubenter dilexi , quo magis iure colere atque observare deberem, fecit. Bene vale , et me dilige.

---

ARGUMENTUM.

*Profecturus in Graeciam , res suas Oppio commendat , commemoratis ante beneficiis ab ipso acceptis. Anno U. C. 709.*

M. T. C. O P P I O S.

XXVIII. **D**ubitanti mihi (quod scit Atticus noster) de hoc toto consilio profectiois , quod in utramque partem in mentem multa veniebant ; magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem , iudicium et consilium tuum. Nam et scripsisti aperte quid tibi videretur ; et Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicavi , in te et in capiendo consilio prudentiam summam esse , et in dando fidem. Maximeque sum expertus , quum initio civilis belli per literas te consulissem , quid mihi faciendum esse censes ; eundem ne ad Pompeium , an manendum in Italia. Suasisti , ut consulerem dignitati meae.

Ex

*por haverme descubierto tu pecho sencillo y amigo en mi favor : y tambien porque ha sido parte , para que à quien siempre he amado de mui buena voluntad , tuviese obligacion de con mayor razon honrarlo y respetarlo. Tén salud , y amor para conmigo.*

---

ARGUMENTO.

Estando para marchar à Grecia , encomienda sus negocios à Opio , acordandole antes las buenas obras que Ciceron tenia de él recibidas.

*Año de la fundacion de Roma 709.*

M. T. C. A O P I O.

XXVIII. **E**Stando yo mui perplejo (como lo sabe mui bien nuestro amigo Atico) sobre la consulta de esta mi partida , porque por la una parte y por la otra se me ofrecian muchas razones ; fué gran parte tu consejo y parecer , para quitarme toda mi duda y perplegidad. Porque claramente me escribiste tu parecer ; y Atico me contó lo que tú le havias dicho. Siempre me ha parecido , que en el tomar consejo tenias grande discrecion , y en el darlo gran fidelidad. Y de esto hice yo cierta experiencia , quando al principio de la guerra civil consulté contigo por carta , qué te parecia que hiciese ; si me iria con Pompeyo , ò si me estaria quedo en Italia. Tú me aconsejaste , que tuviese cuenta con mi honra. De cuyas

yas



Ex quo, quid sentires, intellexi; et sum admiratus fidem tuam, et in consilio dando religionem: quod quum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quam illius voluntas fuit. Equidem et ante hoc tempus te dilexi, et semper me a te diligere sensi: et quum abessem atque in magnis periculis essem, et me absentem, et meos praesentes a te cultos et defensos esse memini. Et post meum reditum, quam familiariter mecum vixeris, quaeque ego de te et senserim et praedicarim, omnes, qui solent haec animadvertere, testes habemus. Gravissimum vero iudicium de mea fide et de constantia fecisti, quum post mortem Caesaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium nisi mea summa benevolentia erga te omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu, mi Opipi, conservabis amorem tuum, (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem) meaque omnia tuebere: quae tibi ne ignota essent, Attico mandavi. A me autem, quum paulum otii nostri erimus, uberiores literas exspectato. Da operam ut valeas. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

M.

*yas palabras entendi qual era tu parecer; y quedé atonito viendo tu fidelidad y recato en el dar del parecer: que viendo que tu grande amigo deseaba lo contrario, preciaste mas mi deber y obligacion, que su voluntad. Yo realmente antes de esto te he querido mucho, y entendido siempre que me tenias grande voluntad: y estando ausente y en grandes peligros puesto, me acuerdo que à mi ausente, y à los míos presentes nos has honrado y amparado. Y despues de mi venida, quàn familiarmente has vivido conmigo, y lo que yo de tí he entendido y publicado, nos son buenos testigos todos los que con cosas semejantes suelen tener cuenta. Pero donde mas grave censura hiciste de mi fidelidad y constancia fué, quando despues de muerto Cesar todo te empleaste en mi amistad. La qual censura si yo no mostráre haver sido bien hecha con tenerte muy perfeto amor y mostrar toda buena obra en tu servicio, no me tendré por hombre. Tú, amigo Opio, procura de conservar esa tu buena voluntad, (aunque mas te lo escribo esto por estar puesto asi en costumbre, que por entender que tienes necesidad de ser amonestado) y ampara todas mis cosas: las quales porque no las ignores, he dado cargo à Atico que te las acuerde. Yo, en tener un poco de mas quietud, te escribiré mas largo. Tén mucha cuenta con tu salud. Porque este es el mayor placer que tí puedes hacerme.*

M. TULLII  
CICERONIS  
EPISTOLAE  
AD FAMILIARES.  
LIBER DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

*Factum Dolabellae, quo aram Caesaris evertit, laudat: sublato rege, regnum superesse questus, C. Cassium hortatur, ut rem cum Bruto omni perturbatione liberet.*

Anno urbis conditae 709.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

I. **F**inem nullum facio ( mihi crede, Cassi ) de te et de Bruto nostro, id est, de tota republica cogitandi, cuius omnis spes in vobis est et in D. Bruto. Quam quidem iam habeo ipse meliorem, republica a Dolabella meo praeclarissime gesta. Manabat enim illud malum urbanum, et ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem et urbi

et.

LIBRO DOCENO  
DE LAS EPISTOLAS  
FAMILIARES  
DE MARCO TULLIO  
CICERON.

ARGUMENTO.

*Alaba à Dolabèla porque havia derribado el altar de Cesar: quejase de que con haverse librado del rei, no han podido librarse del reino; y encarga à Cayo Casio, que con Bruto libre de toda rebuelta à la república.*

*Año de la fundacion de Roma 709.*

M. T. C. A CAYO CASIO.

I. **S** Amás ceso ( te doi mi fé, amigo Casio ) de pensar en tí y en Bruto, que es pensar en toda la república, la qual en vosotros y en Decimo Bruto tiene puesta toda su esperanza. La qual ya yo la tengo mayor, habiendo hecho mi Dolabela un hecho tan illustre. Porque el mal de la ciudad iba cundiendo mucho, y cobraba de dia en dia tantas fuerzas, que ya yo estaba desconfiado de la ciudad y del

50-

et otio diffiderem urbano. Sed ita compressum est, ut mihi videamur omnem iam ad tempus, ab illo duntaxat sordidissimo periculo, tati futuri. Reliqua magna sunt ac multa: sed posita omnia in vobis. Quanquam primum quidque explicemus. Nam ut adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Neque vero id solum; sed etiam, quae ipse ille, si viveret, non faceret, ea nos, quasi cogitata ab illo, probamus. Nec eius quidem rei finem video. Tabulae figuntur: immunitates dantur: pecuniae maximae (\*) distribuuntur: exsules reducuntur: senatus-consulta falsa referuntur: ut tantummodo odium illud hominis impuri, et servitutis dolor depulsus esse videatur; respublica iaceat in his perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Haec omnia vobis sunt expedienda. Nec hoc cogitandum, satis iam habere rempublicam a vobis. Habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem venit optare: sed contenta non est; et pro magnitudine et animi et beneficii vestri,

(\*) Alii: *describuntur*. Vel *indicuntur*, et *colliguntur*. Gronov.

*sosiego de ella. Pero con esto se ha refrenado tanto, que me parece que de aquel peligro, à lo menos de la gente baja, estaremos seguros para siempre. Lo que resta son cosas muchas y muy grandes: pero todas ellas dependen de vosotros. Aunque lo primero de todo nos havemos de desembarazar. Porque segun van los negocios hasta aora, no parece que nos havemos librado del reino, sino solamente del rei: pues muerto el rei, defendemos todas sus voluntades, aun las declaradas por señas. Y no pára en esto el mal; sino que aun las cosas, que si Cesar fuera vivo, nunca las hiciera, nosotros como cosas ordenadas por él las aprobamos. Y no veo el fin hasta donde esto ha de llegar. Fijanse leyes: danse libertades: repartese una infinidad de dinero: alzanse destierros: publicanse falsas ordenaciones del senado: de manera que solamente parece que se ha quitado de por medio el odio de aquel mal hombre, y la pena de vernos puestos en servidumbre; pero la república se está puesta en los mismos trabajos y rebueltas en que él la puso. Todo esto vosotros lo haveis de desembarazar. Ni haveis de pensar, que haveis hecho barto ya por la república. Tiene ya ella recibidas de vosotros tantas buenas obras, quantas yo jamás supiera desear: pero aun no está satisfecha; y sonforme à la grandeza de vuestro corazon y*

a vobis magna desiderat. Adhuc ulta suas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta vero sua quae recuperavit? an quod ei mortuo paret, quem vivum ferre non poterat? cuius (\*) aera refrigerare debebamus, eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decrevimus. Fecimus id quidem temporibus cedentes, quae valent in republica plurimum: sed immoderate quidam et ingratis nostrae facilitate abutuntur. Verum haec propediem, et multa alia coram. Interim velim sic tibi persuadeas; mihi, cum reipublicae quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa, maximae curae esse tuam dignitatem. Da operam ut valeas.

---

ARGUMENTUM.

*Invehitur in Antonii immoderatam potentiam, reique publicae statum describit.*

Anno U. C. 709.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

II. **V**Ehementer laetor, tibi probari sententiam et orationem meam: qua si saepius uti liceret, nihil esset negotii, li-

(\*) i. e. Leges antiquare, abrogare. *A*Era sunt leges aeneis tabulis incisae; proprie ipsae tabulae, quibus leges inscriptae. *Grævius.*

*beneficio, os pide aun cosas mayores. Hasta aora con vuestro favor ha vengado sus agravios con la muerte del tirano: y acabóse. Pero de sus prendas quales ha cobrado? es por ventura el ver que obedece al muerto, al qual vivo no lo pudo sufrir? y que habiendo de anular sus leyes, defendemos sus memoriales? Pero determinamoslo asi. Hicimoslo eso dando lugar al tiempo, que es el que puede mucho en la república: pero abusan excesiva y desagradadamente de nuestra facilidad algunas gentes. Pero de esto antes de mucho, y aun de otras muchas cosas te daré razon. Entre tanto querria tuvieses por cierto; que yo, asi por amor de la república à quien yo siempre le he tenido grande amor, como tambien por nuestro amor, con tu honra y dignidad tengo mucha cuenta. Tén mucha cuenta con tu salud.*

---

ARGUMENTO.

*Quejase del demasiado poderío de Antonio, y piñta el estado de la república.*

*Año de la fundacion de Roma 709.*

M. T. C. A. CAYO CASSIO.

II. **E**N extremo me alegro, de que mi parecer y oracion te parezca bien: de la qual si muchas veces nos fuese licito valer- nos, no havria mucho que hacer en tornar à

libertatem et rempublicam recuperare. Sed homo (\*) amens et perditus, multoque nequior quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, caedis initium quaerit: nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Caesaris interficiendi criminatur, nisi ut in me veterani incitentur. Quod ego periculum non extimesco, modo vestri facti gloriam cum mea laude communice. Ita nec Pisoni, qui in eum primus inuictus est, nullo assentiente; nec mihi, qui idem tricesimo post die feci; nec P. Servilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet. Caedem enim gladiator quaerit: eiusque initium ad XIII. kal. Octob. a me se facturum putavit. At quam paratus venerat, quum in villa Metelli complures dies commentatus esset! Quae autem in lustris et in vino commentatio potuit esse? Iraque omnibus est visus (ut ad te antea scripsi) vomere suo more, non dicere. Quare quod scribis, te confidere, auctoritate et eloquentia nostra aliquid profici posse; non

(\*) Sc. M. Antonius.

*costrar la libertad y la república. Pero este hombre furioso y perdido, y muy peor que aquel, de quien tú digiste que havia sido muerto el mas mal hombre del mundo, anda buscando ocasiones para hacer algunas muertes: y no por otro fin me anda acusando de que yo fui autor de la muerte de Cesar, sino para que los soldados viejos se amotinen contra mí. Del qual peligro yo no hago caso, solamente me toque alguna parte de gloria y alabanza de aquel vuestro hecho tan heroico. De manera que ni Pison, que fué el primero que le hizo punta, sin que ninguno le siguiese; ni yo, que hice lo mismo al cabo de treinta dias; ni Publio Servilio, que siguió mi parecer, no podemos ir al senado con seguridad. Porque el esgrimidor busca ocasion para hacer algunas muertes: à las quales pretendió dar principio, comenzando por mí à los diez y nueve de Setiembre. Y quàn bien apercebido que venia, despues de haverlo pensado muy bien en la granja de Metelo por espacio de muchos dias! Pero qué pensamiento pudo haver entre los combites y las rameras? De suerte que (como ya por otra te escribí) à todos les pareció no que oraba, sino que vomitaba, conforme à su costumbre. De manera que quanto à lo que me escribes, que tienes confianza, que con mi autoridad y eloquencia se podrá concluir alguna cosa; algo se ha*

non nihil, ut in tantis malis, est profectum. Intelligit enim populus Romanus, tres (\*) esse consulares, qui, quia quae de republica bene senserint libere locuti sunt, tuto in senatum venire non possint. Nec est praeterea quod quidquam exspectes. Tuus enim necessarius affinitate nova delectatur. Itaque iam non est studiosus ludorum, infinitoque fratris tui plausu dirumpitur. Alter item affinis novis commentariis Caesaris delinitus est. Sed haec tolerabilia. Illud non ferendum, quod est, qui vestro anno filium suum consulem futurum putet; ob eamque causam se huic latroni deservire prae se ferat. Nam L. Cotta familiaris meus, fatali quadam desperatione (ut ait) minus in senatum venit. L. Caesar, optimus et fortissimus civis, valetudine impeditur. Ser. Sulpicius, et summa auctoritate et optime sentiens, non adest. Reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi si non numero consulares. Habes auctores con-

(\*) Sc. L. Pisonem, qui primus; Ciceronem, qui secundus; P. Servilium, qui tertius in Antonium est invehctus. *Manutius.*

ha hecho ya, conforme à tan grandes males. Porque entiende el pueblo Romano, que hai tres varones consulares, que por haver dicho con libertad lo que les parecia convenir à la república, no pueden venir al senado sin peligro. No tienes fuera de esto que aguardar. Porque (\*) tu amigo gusta mucho de la nueva afinidad. Y por esto ya no es aficionado à las fiestas, y rebienta de embidia del grande aplauso que se dá à tu hermano. El otro que tambien es tu cuñado, parece que se ha algo ablandado con los nuevos memoriales de Cesar. Aunque todas estas cosas parecen sufrideras. Lo que no se puede sufrir es, que hai quien pretende, que su hijo en vuestro año ha de ser consul; y por esta causa muestra querer dar contento à este ladron. Porque mi familiar amigo Lucio Cota, por una desconfianza que tiene de su bado (segun él dice) no viene al senado. Lusio Cesar, ciudadano mui bueno y valeroso, está enfermo. Servio Sulpicio, hombre de mucha autoridad y mui buen parecer, está ausente. Los demás, fuera de los consules nombrados, perdoname de que no los cuento por consulares. Ya has entendido los autores del

(\*) En lugar de amigo, yo diria paciente: pues Lepido, de quien habla Ciceron, y Casio, eran casados con dos hermanas de Marco Bruto; y el hijo de Lepido casó despues con una hija de Antonio.

consilii publici. Qui numerus, etiam bonis rebus, exiguus esset; quid censes, perditis? Quare spes est omnis in vobis. Qui si idcirco abestis, ut sitis in tuto; ne in vobis quidem. Sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis; velim salvis nobis. Sin id minus; res tamen publica per vos brevi tempore ius suum recuperabit. Ego tuis neque desum, neque deero: qui (\*) sive ad me referent, sive non; mea tibi tamen benevolentia fidesque praestabitur. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Itidem in Antonium eiusque socios invehitur.*  
Anno U. C. 709.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

III. **A**Uget tuus amicus furorem in dies. Primum, in statua, quam posuit in rostris, inscripsit: *parenti optime merito*; ut non modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini. Quid dico, iudicemini? iudicemur potius. Vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse.

Uti-

(\*) Alii: *si ne ad me referent, mea tibi, cet.*  
Alii: *si vel ad me non referent, mea tibi, cet.*

*del consejo público. Cuyo número, aun estando las cosas en buen estado, era muy pequeño; qué piensas que será, estando en tan perdido? De suerte que toda la esperanza está en vosotros. Y si os habeis ausentado, por poneros en salvo; tampoco la habrá en vosotros. Pero si alguna cosa digna de vuestra honra procurais; querria fuese sin nuestra perdicion. Y si esto no fuere; à lo menos la república con vuestro favor cobrará su derecho dentro de poco tiempo. Yo à los tuyos ni les falto, ni les faltaré: los quales ora me den parte de sus cosas, ora no; siempre yo mostraré mi amor y mi fidelidad en tu servicio. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Quejase segunda vez de la insolencia de Antonio y sus aliados. Año de la fundacion de Roma 709.*

M. T. C. A. CAYO CASIO.

III. **D**E dia en dia le crece à tu amigo la locura. Quanto à lo primero, en la estatua, que ha puesto en los rostros, ha puesto este titulo: al padre y bienhechor; de manera que ya no os juzgan por matadores, sino aun por parricidas. Pero qué digo os juzgan? mejor diria nos juzgan. Porque ese desatinado, yo dice que fui el principal en aquel hecho vuestro tan esclarecido. Ojala yo lo  
hu-

Utinam quidem fuisset ! molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum fuit. Quod quum praeteriit , utinam haberem quid vobis darem consilii ! Sed ne mihi quidem ipsi reperio quid faciendum sit. Quid enim est , quod contra vim sine vi fieri possit ? Consilium omne autem hoc est illorum , ut mortem Caesaris persequantur. Itaque ante d. sext. non. Octob. productus in concionem a Canutio , turpissime ille quidem discessit : sed tamen ea dixit de conservatoribus patriae , quae dici deberent de proditoribus. De me quidem non dubitanter , quin omnia de meo consilio et vos fecissetis , et Canutius faceret. Caetera cuiusmodi sint , ex hoc iudica , quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas , quum hoc faciunt ? Ad hostem scilicet portari. O rem miseram ! dominum ferre non potuimus , conservo servimus ! Et tamen , me quidem favente magis quam sperante , etiam nunc residet spes in virtute tua. Sed ubi sunt copiae ? De reliquo , malo te ipsum loqui tecum , quam nostra dicta cognoscere. Vale.

AR-

*buwiera sido ! que no nos diera él aora pesadumbre. Mas esto à vosotros tocó. Pero pues ya se pasó esta ocasion , pluguiese à Dios tuviese yo algun buen consejo que poderos dar ! Pero aun para mí mismo no sé que me haga. Porque qué se puede hacer sin fuerza contra la fuerza ? Su pretension de ellos es vengar la muerte de Cesar. De suerte , que llevandolo Canucio tribuno del pueblo al concejo general antes del segundo de Oetubre , escapó de allí con grande afrenta : y con todo eso dijo cosas de los conservadores de la patria , que no se digeran de unos traidores. De mí dijo determinadamente , que lo que vosotros haviades hecho , y lo que Canucio hacia , todo era por mi orden y consejo. Todo lo demás cómo vá , puedeslo entender , de que à tu embajador le han negado el gasto para el camino. Qué pretendes tú que entienden ellos , quando esto hacen ? Que aquello es embiar dinero al enemigo. O desventura grande ! al señor no pudimos sufrir , y al siervo como nosotros nos rendimos ! Pero con todo eso , con esforzarlo yo mas que con esperarlo , aun nos queda esperanza en tu valor. Pero dónde está el egército ? En lo demás , mas quiero que tomes consejo contigo mismo , que no que aguardes nuestros pareceres. Tén salud.*

AR-



## ARGUMENTUM.

*De Antonio , de senatu , de populo , de legatis ad Antonium , de Dolabella , et ipso Cassio scribit , quae sentiebat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

III. **V**ellem idibus Martiis me ad coenam invitasses : reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiae vestrae exercent , et quidem praeter caeteros me. Quanquam egregios consules habemus , sed turpissimos consulares : senatum fortem , sed infimo quemque honore fortissimum. Populo vero nihil fortius , nihil melius , Italiaeque universa. Nihil autem foedius Philippo et Pisone legatis , nihil flagitiosius : qui quum essent missi , ut Antonio ex senatus sententia certas res nuntiarent ; quum ille earum rerum nulli paruisset , ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Itaque ad nos concurritur : factique iam in re salutari populares sumus. Sed tu quid ageres , quid acturus , ubi denique esses ,  
ne-

## ARGUMENTO.

Escribe lo que sentia de Antonio , del senado , del pueblo , de los embajadores embiados à Antonio , de Dolabela , y del mismo Casio.

Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A CATO CASIO.

III. **Q**uisiera me huvieras combidado à cenar à los quince de Marzo : no huvieran quedado relieves ningunos. Aora vuestros relieves me dan mucho en que entender , y particularmente mas à mi que à todos los demas. Aunque tenemos mui escogidos consules , pero mui infames consulares : el senado mui valeroso , y tanto mas valeroso cada uno , quanto menos principal cargo ha tenido. El pueblo es la cosa mejor del mundo , y de mayor valor , y lo mismo digo de toda Italia. Filipo y Pison que fueron por embajadores , han hecho la mayor bageza y flaqueza del mundo : que haviendolos embiado el senado , para que de su parte le digesen à Antonio ciertas cosas ; sin obedecer él à ninguna de ellas , ellos de su motivo y auctoridad nos trageron de parte de él unas peticiones intolerables. De suerte que todo el mundo acude à mi : y en negocio mui importante al bien de todos me he hecho y tornado popular. Pero de ti no sé cosa cierta , ni en qué entiendes , ni qué pretendes hacer ,  
ni

nesciebam. Fama nuntiabat te (\*) esse in Syria : auctor erat nemo. De Bruto, quo propius est , eo firmiora videntur esse quae nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet , quum tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. Itaque constabat , eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus et tua et Bruti est , quod exercitum praeter spem existimamini comparasse. Scriberem plura , si rem causamque nossem. Nunc quae scribo , scribo ex opinione hominum atque fama. Tuas literas avide expecto. Vale.

---

ARGUMENTUM.

*M. Brutum laudat , ut accendat eius exemplo Cassium ad imitationem : de Mutinensi bello addit , et de statu reipublicae.*  
Anno U. C. 710.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

V. **H**ic mem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres, maximeque ubi esses. Loquebantur omnes tamen ( credo, quod

(\*) Alii: *isse in Syriam.*

*ni finalmente dónde estás. Decíase por mí cierto que estabas en Siria: pero autor cierto no lo había. De Bruto, quanto mas cerca de nosotros está, tanto mas ciertas nos parecen las cosas que de él nos cuentan. A Dolabela lo reprehendían mucho ciertos hombres donairrosos, porque tan presto te iba à succeder, no habiendo tú aun estado en Siria treinta dias. Y así determinaban, que no convenia que fuese en Siria recibido. Grande honra tuya y de Bruto es, que se entiende, que sin pensar habéis juntado gran ejército. Mas largo te escribiera, si tuviera mas entera noticia del negocio. Porque lo que agora escribo, lo escribo conforme à la opinion y vulgar fama de los hombres. Tu carta aguardo con grandísimo deseo. Tén salud.*

---

ARGUMENTO.

Alaba à Marco Bruto, para animar à Casio con su exemplo à que le imite: hablale tambien de la batalla de Módena, y del estado de la república.  
*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A. CAYO GASIO.

V. **E**l invierno creo ha sido la causa de que no hayamos de tí sabido cosa cierta, ni en qué entendías, ni particularmente dónde estabas. Aunque la gente decía (creo, lo

quod volebant) in Syria te esse, habere copias. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus: res enim tantas gessit tamque inopinatas, ut eae cum per se gratae essent, tum ornatiores propter celeritatem. Quod si tu ea tenes quae putamus, magnis subsidiis fulta res publica est. A prima enim ora Graeciae usque ad Aegyptum, optimorum civium imperiis muniti erimus et copiis. Quanquam nisi me fallebat, res se sic habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si (ut sperabamus) erupisset Mutina, nihil belli reliqui fore videbatur. Parvis omnino iam copiis obsidebatur, quod magno praesidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem (\*) Claternae noster Hirtius, ad (\*\*) Forum Cornelium Caesar, uterque cum firmo exercitu: magnasque Romae Pansa copias ex delectu Italiae comparat. Hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris literis significat, acturus videbatur. Praeter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam,

(\*) Claterna est oppidum Lingonum in Gallia cispadana, nunc Quaderna, iuxta amnem eiusdem nominis. Corrupte scribitur Cliterna. Graevius.

(\*\*) Hodie Imola haud procul a Claterna.

lo que deseaba) que estabas en Siria, y tenias ejército. Lo qual se creía facilmente, porque parecia cosa muy conforme à la verdad. Nuestro amigo Marco Bruto ha ganado gran honra: porque ha hecho cosas tan grandes y tan fuera de la opinion de todos, que han sido por sí mismas muy agradables, y mucho mas por la presteza con que las ha hecho. Y si tú estás apoderado de lo que creemos, grandes reosos tiene la república. Porque desde la primera costa de Grecia hasta Egipto estaremos fortificados con el gobierno y ejércitos de muy buenos ciudadanos. Aunque si yo no me engaño, el negocio está en este estado, que todo el punto y riesgo de esta guerra parece que está en Decimo Bruto: el qual si (como confiamos) sale de Módena, no parece que nos quedarán reliquias ningunas de esta guerra. Porque ya con muy poca gente lo tenían cercado, por quanto Antonio tiene fortificada à Bolonia con muy grande presidio. Nuestro amigo Hircio está en Claterna, y Cesar junto à Foro Cornelio, ambos con ejército muy grande: y Pansa ha juntado grande gente en Roma de la que en Italia se havia hecho. El invierno no havia dado lugar de concluir el negocio. Hircio, segun me escribe en muchas cartas, no bará cosa sino con muy buen acuerdo. Toda Francia tenemos muy aficionada à la república.

mam , totam Galliam tenebamus studio-  
sissimam reipublicae. Tuos etiam clientes  
Transpadanos mirifice coniunctos cum cau-  
sa habebamus. Erat firmissimus senatus,  
exceptis consularibus : ex quibus unus L.  
Caesar firmus est et rectus. Ser. Sulpicii  
morte magnum praesidium amisimus. Re-  
liqui partim inertes , partim improbi.  
Nonnulli invident eorum laudi , quos in  
republica probari vident. Populi vero Ro-  
mani totiusque Italiae mira consensus  
est. Haec erant fere , quae tibi nota es-  
se vellem. Nunc autem opto , ut ab i-  
stis orientis partibus virtutis tuae lumen  
eluceat. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Strabonem oblique commendat : in Cassio et  
M. Bruto , si res ad Mutinam male ge-  
ratur , spem omnem reip. sitam esse dicit.  
Anno U. C. 710.*

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VI. **Q**ui status rerum fuerit tum  
quum has literas dedi , sci-  
re poteris ex C. Tidio Stra-  
bone , viro bono et optime de re-  
publica sentiente. Nam quid dicam,  
cu-

*ca, salvo à Bolonia, y Regio de Lepido, y Par-  
ma. Tus clientes tambien (\*) los Transpada-  
nos tenemos mui aficionados à la causa. El se-  
nado está mui firme , salvo los consulares : de  
los quales uno , que es Lucio Cesar , está mui  
firme. La muerte de Servio Sulpicio nos ha  
quitado un grande amparo. Los demás unos  
son flojos , y otros malos. Algunos tienen em-  
bidia de las alabanzas de aquellos , que vén  
que la república los precia. La concordia del  
pueblo Romano y aun de toda Italia es admi-  
rable. Esto es en suma , lo que yo te deseaba  
hacer saber. Lo que yo deséo es , que de esas  
partes de levante resplandezca una gran luz  
de tu valor. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Encomiendale à Estrabon : y le dice , que si su-  
cediere alguna desgracia en Módena , toda la  
esperanza de la república está puesta en Casio  
y Marco Bruto.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A CAYO CASIO.

VI. **E**N qué estado estaban las cosas quan-  
do ésta te escribí , podráslo enten-  
der de Cayo Tidio Estrabon , hombre mui de  
bien , y que en lo que à la república toca tiene  
mui buena opinion. No quiero decir , quan afi-

Ee 2

cio-

(\*) Esto es, los de la otra parte del Pó, río de Italia.

cupidissimo tui; qui, domo et fortunis relictiis, ad te potissimum profectus sit? Itaque eum tibi ne commendo quidem. Adventus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic existimes tibi que persuadeas, omne peritium bonorum in te et Bruto esse positum, si (quod nolim) adversi quid evenerit. Res, quum haec scribebam, erat in extremum adducta discrimen. Brutus enim Mutinae vix iam sustinebat. Qui si conservatus erit, vicimus: sin (quod dii omen avertant) omnis omnium cursus ad vos. Proinde fac animum tantum habeas tantumque apparatus, quanto opus est ad universam rempublicam recuperandam. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Sententiam a se in senatu ex dignitate Cassii dictam, eandemque in concione defensam significat. Anno U. C. 710.*

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VII. **Q**uanto studio dignitatem tuam et in senatu et ad populum defenderim, ex tuis te malo, quam ex me, cognoscere. Quae mea sententia

*cionado servidor tuyo es; pues ha dejado su casa y hacienda, por irse à estar contigo. Y así no te lo encomiendo. Pues su venida y presencia te lo encomendará bastantemente. Lo que yo quiero que entiendas y tengas por cierto es, que todo el refugio y amparo de los buenos está en ti y en Bruto, si (lo que Dios no permita) alguna desgracia sucediere. Al tiempo que ésta te escribía, estaba el negocio puesto en la última aventura. Porque Bruto apenas se podía ya entretener en Módena. Y si él se conserva, vencido havemos: mas si no (lo que Dios no quiera) todos nos acogeremos à vosotros. Por tanto procura de tener tan gran corazón y aparejo, quanto havemos menester para tornar à cobrar nuestra república. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Dale razon del parecer que dijo en el senado bolviendo por su honra, y que tambien la havia defendido en el ayuntamiento.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A CATO CASIO.

VII. **C**on cuánta afición me he puesto à defender tu honra así en el senado como en el concejo general, mas quiero que lo entiendas por relacion de los tuyos, que no por la mia. Y mi parecer facilmente huviera pre-

tia in senatu facile valuisset, nisi Pansa vehementer obstitisset. Ea sententia dicta, productus sum in concionem a tribuno plebis M. Servilio. Dixi de te quae potui, tanta contentione, quantum forum est: tanto clamore consensuque populi, ut nihil unquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quod invita socru tua fecerim. Mulier timida verebatur, ne Pansae animus offenderetur. In concione quidem Pansa dixit, matrem quoque tuam et fratrem, illam a me sententiam noluisse dici. Sed me haec non movebant: alia malebam. Favebam et reipublicae, cui semper favi, et dignitati ac gloriae tuae. Quod autem et in senatu pluribus verbis disserui, et dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes. Promisi enim et prope confirmavi, te non expectasse, nec expectaturum decreta nostra; sed te ipsum tuo more rempublicam defensurum. Et quanquam nihil dum audieramus, nec ubi esses, nec quas copias haberes; tamen sic stangebam, omnes quae in istis partibus essent opes copiaeque, tuas esse: per teque  
Asiam

*prevalecido en el senado, si Pansa de proposito no me huviera resistido. Dicho este parecer, me hizo ir al concejo general el tribuno del pueblo Marco Servilio. Dige en tu favor lo que pude, con tanto fervor, quanta es toda la plaza: con tanta aclamacion y aprobacion de todo el pueblo, que jamás he visto cosa semejante. Esto querria me perdonases, que todo esto lo hice contra la voluntad de tu suegra. Como es muger temerosa, temia no se desabriese de ello Pansa. El qual dijo en el concejo general, que ni tu madre ni tu hermano no havian venido bien, en que yo digese aquel parecer. Pero todo esto me daba poca pena: otras cosas havia que yo quisiera mas. Yo favorecia à la república, à quien siempre he favorecido, y tambien à tu honra y dignidad. En aquello de que yo traté en el senado largamente, y tambien lo dige en el concejo general, querria cumplieses mi palabra. Porque les prometí y casi aseguré, que ni tú havias aguardado, ni tan poco aguardarias nuestros pareceres; sino que tú, como ya tenias de costumbre, por tí mismo defenderias la república. Y aunque no teniamos nueva cierta, ni de en dónde estabas, ni de cuánto egército tenias; con todo eso tenia yo por cierto, que todos los favores y egércitos que huviese en esas partes, los tendrías à tu mano: y tenia por cosa averiguada, que tú*

Asiam provinciam confidebam iam reipublicae recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Renovatum a Lepido bellum esse conqueritur, et Cassium ad liberandam remp. hortatur.*  
Anno U. C. 710.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VIII. **S**Celus affinis tui Lepidi, summamque levitatem et inconstantiam, ex actis, quae ad te miti certo scio, cognosse te arbitror. Iaque nos, confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus: spemque omnem in D. Bruto et Plancio habemus: si verum quaeris, in te et in meo Bruto, non solum ad praesens perugium, si (quod nolim) adversi quid acciderit; sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus, quae vellemus: sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem, et praesenti iudicio, et reliqui temporis expectatione, scito esse.

Hoc

*tú por tí mismo havrias cobrado toda el Asia en servicio de la república. Tú procura de hacer cierta ventaja à tí mismo en el acrecentar tu honra y dignidad. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Quejase de que Lepido havia renovado la guerra, y encarga à Casio la libertad de la república.*  
Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A. CATO CASIO.

VIII. **L**A gran maldad, y poco seso, y poca constancia de tu cuñado Lepido, creo la entenderás por los actos publicos, los quales sé de cierto se te escriben. De suerte que nosotros, acabada la guerra, à lo que entendiamos, la tornamos à hacer como de nuevo: y todos tenemos esperanza en Decimo Bruto y en Planco: y si quieres que te diga la verdad, en tí y en mi amigo Bruto, no solamente para el amparo de presente, si (lo que Dios no quiera) alguna adversidad nos sucediere; sino tambien para el poner asiento en lo de la perpetua libertad. De Dolabella nos contaban aqui lo que deseabamos: pero no teniamos de ello nueva cierta. Yo te hago saber, que estás reputado por hombre de mucha calidad, asi por lo que aora se juzga de tí, como por la esperanza que de tí se tiene en lo venidero.

Pre-  
su-

Hoc tibi proposito , fac ut ad summa contendas. Nihil est tantum , quod non populus Romanus a te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Eadem scribit, quae epistola superiore: addit multum interesse Cassium venire in Italiam.*  
Anno U. C. 710.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VIII. **B**revitas tuarum literarum me quoque breviorē in scribendo facit: et, vere ut dicam, non satis occurrit quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio; tuas autem ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia, nihil perfertur ad nos, praeter rumores de oppresso Dolabella; satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos, confectum bellum quum putaremus, repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus. Itaque persuade tibi, maximam reipublicae spem in te et in copiis esse tuis. Firmos omnino exercitus habemus: sed tamen, ut omnia (ut spero) prospere procedant, multum interest te venire.  
Exi-

*suponiendote pues esto, procura de emprender las mas graves empresas. No hai cosa tan grande, que el pueblo Romano no entienda que tú la puedes emprender y darle cabo. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Trata de lo mismo que en la carta pasada: y le dice que importa mucho venga Casio à Italia.  
Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A. CAYO CASIO.

VIII. **L**a brevedad de tus cartas me hace tambien à mí ser breve en el escribir: y à decirte la verdad, tampoco se me ofrece cosa que escribirte. Porque nuestras determinaciones tengo por cierto que te las embian en los actos publicos; pero de tus cosas no sabemos nada. Porque como si Asia estuviese cerrada, no sabemos cosa cierta, fuera de lo que se dice que haveis arruinado à Dolabella; y aunque se afirma por mui cierto, hasta agora no tenemos de ello nueva cierta. Nosotros teniendo ya la guerra por concluida, tu cuñado Lepido nos ha puesto repentinamente en gran cuidado. Por tanto tén esto por cierto, que la mayor esperanza la tenemos puesta en tí y en tu ejército. Tenemos los egércitos mui valerosos: pero aunque todo (como yo confio) suceda prosperamente, con todo eso nos importa  
mu-



Exigua enim spes est reipublicae; nam nullam non libet dicere: sed quaecumque est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Et Lepidum hostem iudicatum scribit; et omnino rem poscere, ut Cassius cum exercitu in Italiam veniat. Anno U. C. 710.*

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

X. **L**epidus tuus affinis, meus familiaris, pridie kal. Quintiles sententiis omnibus hostis a senatu iudicatus est, caeterique, qui una cum illo a republica defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante kal. Septemb. potestas facta est. Fortis sane senatus, sed maxime spe subsidii tui. Bellum quidem, quum haec scribebam, sane magnum erat scelere et levitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quae volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. Quod quum ita esset, tamen literis tuis, quas nonis Maii ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum iam oppressum omnes arbitrarentur,

te

*mucho tu venida. Porque de la república tenemos muy poca esperanza; y no quiero decir que ninguna: pero aquella que es, toda ella cuelga del año de tu consulado. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Cuentale como ha sido dado por rebelde Lepido y la necesidad que hai de que Casio con su ejército pase à Italia.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A. CAYO CASIO.

X. **A** Tu cuñado y mi amigo Lepido dió por rebelde el senado de parecer de todos el ultimo de Junio, y tambien à los demás, que juntamente con él se han declarado contra la república: aunque se les ha dado tiempo para poderse reducir hasta el primero de Setiembre. Tenemos realmente un senado valeroso, pero particularmente con la esperanza de tu socorro. Al tiempo que ésta te escribia, havia gran guerra por la maldad y poca firmeza de Lepido. De Dolabela nos cuentan aqui cada dia lo que deseamos: pero hasta aora sin cierto autor, sin cierta firmeza, solo por el vulgar rumor. Pero aunque esto es así, con todo eso conforme à la carta que desde tu campo nos escribiste, dada à los siete de Mayo, tenia por cierto toda la ciudad, que ya él sería derribado,

do,

te autem in Italiam venire cum exercitu: ut si haec ex sententia confecta essent, consilio atque auctoritate tua; sin quid forte titubatum, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum, quibuscunque potuero rebus, ornabo: cuius rei tum tempus erit, quum, quid opis reipublicae laturus is exercitus sit, aut quid iam tulerit, notum esse coeperit. Nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem et praeclarissimi; sed gesta res exspectatur: quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. Tua virtute et magnitudine animi nihil est nobilius. Itaque optamus, ut quam primum te in Italia videamus. Rempublicam nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. Praeclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaque nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta republica; hic ex pace et victoria bellum excitavit. Huic oppositos consules designatos habemus; in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus praeliorum.

Per-

do, y que ya tú marcharias la buelta de Italia con tu campo: para que si lo de por acá sucediese como deseamos, tuviesemos espaldas en tu consejo y autoridad; y si acaso diese algun baibén, como suele acaecer en las cosas de la guerra, las tuviesemos en tu ejército. El qual yo honraré en todo quanto pueda: para lo qual será buena ocasion, quando se comenzare de entender, qué favor le hará ese ejército à la república, ò qué es el que le ha hecho. Porque hasta aora solo se han entendido sus empresas, mui buenas realmente y mui illustres; pero esperanse los hechos: los quales confio yo que ò havrá ya algunos, ò que estarán mui cerca. Lo que aora mas nombre y fama tiene es tu grandeza de ánimo y valor. Y así lo que mas deseamos es, verte en Italia brevemente. Entonces entenderemos que tenemos república, quando os vieremos aqui. Ilustre victoria haviamos alcanzado, si Lepido no huviera recogido à Antonio, despojado, desarmado, y desbaratado. Y así jamás la ciudad tuvo tanto odio à Antonio, quanto aora tiene à Lepido. Porque Antonio nos movió guerra estando la república rebuelta; pero Lepido estando quieta ya y victoriosa. Contra éste tenemos como por muralla los dos consules electos; en quien tenemos mui grande esperanza, pero tambien mui gran congoja por los inciertos sucesos de la guer-

Persuade tibi igitur , in te et in Bruto tuo esse omnia : vos exspectari ; Brutum quidem iam iamque. Quod si ( ut spero ) victis hostibus nostris veneritis ; tamen auctoritate vestra respublica exsurget , et in aliquo statu tolerabili consistet. Sunt enim permulta , quibus erit medendum ; etiam si respublica satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

## ARGUMENTUM.

*A quibus copias acceperit significat , sequet et remp. commendat. Anno U. C. 710.*

C. CASSIUS PROCOS. M. T. C. S. P. D.

XI. **S**I vales , bene est : ego quidem esse scito ad L. Murcum et Q. Crispum imperatores. Viri fortes , optimique cives , postea quam audierunt quae Romae gererentur , exercitus mihi tradiderunt : ipsique mecum una fortissimo animo rempublicam administrant. Item legionem , quam Q. Caecilius Bassus habuit , ad me venisse scito : quatuorque legiones , quas A. Alienus ex Aegypto eduxit , traditas ab eo mi-

*guerra. Tén pues esto por cierto , que todo cuelga de tí y de tu amigo Bruto : y que à vosotros aguardamos ; y à Bruto de dia en dia. Y si ( como confio ) vinieredes vencidos ya nuestros enemigos ; con todo eso la república cobrará vida y aliento con vuestra venida , y tomará algun asiento tolerable. Porque aun hai muchas cosas , à quien convendrá dar remedio ; aunque parezca que la república quede bien libre de las maldades de sus enemigos. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

*Cuentale los que le han dado el ejército , y le encarga mire por él y por la república. Año de la fundacion de Roma 710.*

CAYO CASIO PROCONS. A M. T. C.

XI. **S**I tienes salud , buelgome : yo salud tengo. Hagote saber como yo pasé à Siria donde estaban Lucio Murco y Quinto Crispo emperadores. Los quales como hombres de valor , y muy buenos ciudadanos , quando entendieron lo que pasaba en Roma , me entregaron los egércitos : y juntamente conmigo conmigo muy valerosos corazones gobiernan la república. Tambien te hago saber , como se ha venido para mí la legion que Quinto Cecilio Baso tuvo : y las quatro legiones que Aulo Alieno trajo de Egipto , te hago tambien saber como

Tom. III. Ff el

mihī esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos absentes remque publicam, quantum est in te, defendas. Scire te volo, firma praesidia vobis senatuique non deesse, ut optima spe et máximo animo rempublicam defendas. Reliqua tecum ager L. Carteius familiaris meus. Vale. Data nonis Martiis, ex castris (\*) Taricheis.

## ARGUMENTUM.

*Laudata Ciceronis benevolentia, commendata suam dignitatem, suosque duces et milites in Ciliciam contra Dolabellam proficisci in animo esse significat. Anno U. C. 710.*

CASSIUS PROCOS. M. T. C. S. D.

XII. **S**I vales, bene est: ego quidem valeo. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognovi. Videbaris enim non solum favere nobis, id quod et nostri et republicae causa semper fecisti; sed etiam gravem curam suscepisse, vehementerque esse de nobis sollicitus. Itaque quod te primum existimare putabam,

(\*) Tarichea, oppidum munitum Palaestinae in Galilaea iuxta lacum Tiberiadis. *Plin. lib. V. c. 15.*

*el mismo me las ha entregado. No entiendo que has menester que yo te encargue, que en ausencia nos defendas juntamente con la república, como lo pide la necesidad. Lo que quiero que entiendas es, que à vosotros y al senado no le faltan fuerza y presidios muy seguros, para que con muy buena esperanza y valeroso corazón defendas la república. De todo lo demás mi amigo Lucio Carteyo te dará muy larga cuenta. Tén salud. Dada à los siete de Marzo en el campo Tariqueo.*

## ARGUMENTO.

Agradeciendo los favores que le havia hecho Ciceron, le encarga buelva por su honra, la de sus capitanes y soldados: y le dice, que tiene determinado marchar la buelta de Cilicia contra Dolabela.

*Año de la fundacion de Roma. 710.*

CASIO PROCONSUL A M. T. C.

XII. **S**I estás con salud, huelgome: yo salud tengo. Tu carta lei, en la qual reconocí el amor grande que me tienes. Porque mostrabas no solamente favorecerme, lo qual siempre has hecho por mi respeto y por el de la república; sino tambien tener muy gran cuidado, y estar con gran congoja por mi causa. Y así, en haver recibido las legiones que Alieno trajo de Egipto, te escribí lo que yo te-

nos oppressa republica quiescere non posse ; deinde , quum suspicarerere nos moliri , quod te sollicitum esse et de salute nostra et de rerum eventu putabam ; simul ac legiones accepi , quas A. Allienus eduxerat ex AEGypto , scripsi ad te , tabellariosque complures Romam misi. Scripsi etiam ad senatum literas , quas reddi vetui prius , quam tibi recitatae essent : si forte mei obtemperare mihi voluerint. Quod si literae perlatae non sunt ; non dubito , quin Dolabella , qui nefarie Trebonio occiso Asiam occupavit , tabellarios meos deprehenderit , literasque interceperit. Exercitus omnes , qui in Syria fuere , teneo. Habeo paululum morae , dum promissa militibus persolvo. Nunc iam sum expeditus. A te peto , ut dignitatem meam commendatam tibi habeas , si me intelligis , nullum neque periculum neque laborem patriae denegasse : si contra importunissimos latrones arma cepi te hortante et auctore : si non solum exercitus ad rempublicam libertatemque defendendam comparavi , sed etiam crudelissimis tyrannis eripui. Quos si occupasset Dolabella , non solum advenru,

sed

*nia por cierto que tú creías , que mientras la república no estuviese en libertad , yo no podría estar quieto ; y tambien por quitarte del cuidado y congoja que creía tenias de mí y de la república , sospechando que yo emprendia alguna grave empresa ; y embié así mismo muchos correos à Roma. Tambien escribí una carta al senado , la qual mandé que no se diese , sin que tú primero la leyesses : si los míos han querido guardar la orden que les dí. Y si estas cartas no han llegado allá ; yo tengo por cierto , que Dolabela , el qual haviendo muerto malamente à Trebonio se ha alzado con Asia , habrá prendido mis correos , y tomado à su mano las cartas. Yo tengo à mi mano todos los egercitos que en Siria havia. He tenido un poco de estorvo en procurar se pagáse lo que les havia prometido à los soldados. Ahora ya estoi desembarazado. Ruegote mires por mi honra , si tienes entendido de mí , que à ningún peligro ni trabajo me he dejado de poner por amor de la patria : y si por tu autoridad y consejo tomé las armas contra esos ladrones tan crueles : y si no solamente he juntado egercito para defender la libertad y la república , sino que tambien se lo he quitado à esos crudelissimos tiranos. Porque si de estos egercitos se apoderára Dolabela , huviera fortificado à Antonio no solamente con su venida , sino aun tam-*

sed etiam opinione et exspectatione exercitus sui Antonium confirmasset. Quas ob res milites tuere, si eos mirifice de republica meritos esse animadvertis et effice, ne quem poeniteat, rempublicam, quam spem praedae et rapinarum, sequi maluisse. Item Mureti et Crispi imperatorum dignitatem, quantum est in te, tuere. Nam Bassus misere noluit mihi legionem tradere. Quod nisi milites invito eo legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata. Haec a te peto, non solum reipublicae, quae tibi semper fuit carissima; sed etiam amicitiae nostrae nomine, quam confido apud te plurimum posse. Crede mihi, hunc exercitum quem habeo, senatus atque optimi cuiusque esse, maximeque tuum. De cuius voluntate assidue audiendo, mirifice te diligit, carumque habet. Qui si intellexerit, commoda sua curae tibi esse, debere etiam se tibi omnia putabit. Literis scriptis, audii Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copiis. Proficiscar in Ciliciam. Quid

tambien con la opinion y esperanza de su ejército. Por tanto procura de honrar y amparar estos soldados, pues ves quan bien se han empleado en servicio de la república: y haz de manera, que ninguno se arrepienta de haver querido mas seguir la república, que la esperanza de presas y de robos. Procura tambien quanto puedas, de amparar la honra de Mureti y Crispo emperadores. Porque Baso procuró estrañamente de no entregarme su legion. Y si los soldados à pesar de él no me huvieran embiado embajadores, me huviera tenido cerrada à Apamea, hasta que por fuerza de armas la huviera entrado. Esto te ruego, no solamente por amor de la república, à quien siempre tú has tenido mucho amor; sino tambien por respeto de nuestra amistad, la qual confio que para contigo puede mucho. Tén esto por cierto, que todo este ejército que tengo, está mui à servicio del senado y de qualquier bueno, y particularmente al tuyo. Porque como cada dia oye decir muchas cosas de tu buena voluntad, tienete un amor estraño, y te precia mucho. Y si él viene à entender, que tú tienes cuenta con sus provechos è intereses, entenderá que te está en toda obligacion. Despues de escrita esta carta, he tenido nueva que Dolabela ha llegado à Cilicia con su campo. Yo marcharé la buelta de Cilicia. Y de lo que  
me

Quid egerim , celeriter ut scias , dabo operam. Ac velim , ut meremur de republica , sic felices simus. Fac valeas , meque ames. Nonis Maii , ex castris.

---

ARGUMENTUM.

*Gratulatur de Mutinensi victoria , et res a se gestas exponit.*

Anno U. C. 710.

CASSIUS QUAEST. M. T. C. S. D.

XIII. **S**I vales , bene est : ego quoque valeo. Cum reipublicae vel salute vel victoria gaudemus , tum instauratione tuarum laudum ; quod maximus consularis maximum consulem te ipse (\*) vicisti , et laetamur , et mirari satis non possumus. Fatale nescio quid tuae virtuti datum ; idque saepe iam experti sumus. Est enim tua toga omnium armis felicior : quae nunc quoque nobis pene vi-

(\*) Aprileus sic fortasse distinxit: vicisti : et laetamur , et mirari certe non possumus , fatale nescio quid tuae virtuti datum ; cet.

*me succedere , procuraré luego darte aviso. Querria que tuviesemos el suceso, qual es nuestra voluntad en favor de la república. Procura tener salud , y quererme mucho. Dada en mi campo à los siete de Mayo.*

---

ARGUMENTO.

Dale el parabien de la victoria de Módena , y le dá cuenta de sus cosas.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

CASIO TESORERO A M. T. C.

XIII. **S**l tienes salud , huelgome : yo salud tengo. Grande alegría tenemos asi por el bien y victoria de la república , como por el nuevo refresco de tus alabanzas ; pues siendo un mui grande consular has sobrepujado à ti mismo quando fuiste mui (\*) gran consul , de lo qual nos alegramos mucho , y estamos maravillados en extremo. Tu valor tiene no sé qué de buen hado ; como ya por la experiencia lo havemos visto muchas veces. Porque tu paz es realmente mas dichosa que las armas de todos los demás : pues nos ha librado

ao-

(\*) Simon Abril clausuló asi : gran consul : de lo qual nos alegramos mucho , y estamos maravillados en extremo de vér , que tu valor tiene no se qué de buen hado ; como ya por la experiencia lo havemos visto muchas veces.

victam rempublicam ex manibus hostium eripuit, ac reddidit. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis et mihi carissime, id quod maxime reipublicae tenebris comperisti, nunc te habebimus restem nostri et in te, et in coniunctissimam tibi rempublicam amoris: et quae saepe pollicitus es, te et taciturnum dum serviremus, et dicturum de me tum quum mihi profutura essent; nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo, quam sentiri a te ipso. Neque enim omnium iudicio malim me a te commendari, quam ipse tuo iudicio digne ac mereor commendatus esse: ut haec novissima nostra facta non subita, nec inconvenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse iudices; meque ad optimam spem patriae non minimum tibi ipsi producendum putes. Sunt tibi (M. Tulli) liberi propinquire, digni quidem te, et merito tibi carissimi: esse etiam debent in republica proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt aemuli; quorum esse cupio  
ti-

*aora la república casi ya rendida y vencida de manos de sus enemigos, y restituida en su libertad. Aora pues viviremos en libertad: aora à tí, que eres el mejor de los ciudadanos y mas querido mio, como en los mas tristes tiempos de la república lo viste por la obra, te tendremos por testigo del amor que à ti te tenemos, y juntamente à la república que tanto la precias: y aquello que tú tantas veces me prometiste, que de mí lo callarias mientras estuviesemos en servidumbre, y lo publicarias quando entendieses que havia de aprovechar; aora no tanto preciaré yo que tú lo publiques de mí, quanto que lo entiendas así. Porque no precio yo tanto ser de tí encomendado à juicio y parecer de todos, quanto ser de tí dignamente y conforme à mis merecimientos encomendado: de manera que tú juzgues, que estos mis ultimos hechos no han sido acaso, ni desconformes, sino antes conformes à aquellos pensamientos, de que tú me eres buen testigo; y te parezca que en alguna manera soi digno de ser levantado para alguna buena esperanza de la patria. Hijos y parientes tienes (Marco Tulio) dignos de nombrarse tuyos, y de tí con mucha razon amados y preciados: pero trás de estos tienes obligacion de amar y preciar mucho à aquellos, que en lo que pueden procuran de imitar tus buenos deseos; de los quales deséo  
yo*



tibi copiam. Sed tamen non máxima meturba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere, et ad omnia, quae velis et probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probavimus: ingenium diutina servitus certe, quaecunque est, minus tamen quam erat, passa est videri. Nos ex ora maritima Asiae provinciae, et ex insulis, quas potuimus naves deduximus. Delectum remigum, magna contumacia civitatum, tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellae, cui Lucilius praecerat: qui semper saepe transitionis praebendo, neque unquam non decedendo, novissime (\*) Corycum se contulit; et clauso portu se tenere coepit. Nos, illa relicta (quod et in castra pervenire satius esse putabamus, et sequebatur classis altera, quam anno priore in Bithynia Tillius Cimber compararat, cui Turullius quaestor praecerat) Cyprum petivimus. Ibi, quae cognovimus, scribere ad vos quam celerime volumus. Dolabellam ut Tarsenses pessimi socii; ita Laodicensi multo amantiores ultro arcessierunt: ex quibus utrique civitatibus, Graecorum militum numero, speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodiceam posita: et partem muri demolitus est, et castra oppido con-

(\*) Oppidum Ciliciae. *Mela lib. I. c. 13.*

yo que tengas gran número. Pero entre ese gran número pretendo, que merezco ser contado por uno, y empleado en lo que tú quisieres y mejor te pareciere. De mi voluntad bien creo estás bien satisfecho: la tan larga servidumbre no ha dado lugar, à que mi condicion, tal qual es, se mostrase tal, qual era. Yo he recogido de toda la costa de Asia, y de las islas, todas las galeras que he podido. Junté copia de remeros con la mayor presteza que pude, aunque à pesar de las ciudades. Fui en seguimiento del armada de Dolabela, cuyo general era Lucilio: el qual dandonos muchas veces esperanza de que pasaba, y tornandosenos muchas veces à retirar, al cabo se acogió à Corico; y cerrado el puerto comenzó de hacerse fuerte en él. Yo, dejandolo allí (por tener por mejor llegar al campo, y porque venia otra armada, que Tilio Cimbro havia juntado el año pasado en Bitinia, cuyo tesorero era Turulio) me fui à Chipre. De donde quise con brevedad escribiros las nuevas que aqui he entendido. Los de Tarso malos amigos; y los de Laodicea muy mas locos embiaron à llamar de su voluntad à Dolabela: y de estas dos ciudades hizo una muestra de ejército, con el número de soldados Griegos. Tiene asentado su campo delante del mismo pueblo de Laodicea: ha derribado parte de la muralla, y juntado su campo.

iunxit. Cassius noster cum decem legionibus, et cohortibus viginti auxiliariis, et quatuor millium equitatu, a millibus passuum viginti, castra habet posita (\*) Πάλτο; et existimat se sine praello posse vincere. Nam iam (\*\*) ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est. Nisi quid navibus Laodicenorum supportarit, cito fame pereat necesse est. Ne supportare possit, et Cassii classis bene magna cui praest Sextilius Rufus, et tres quas nos adduximus, ego, Turulius, Patiscus, facile praestabunt. Volo igitur vos bene sperare; et rempublicam ut vos istic expediistis, ita pro nostra parte celeriter nobis expediri posse confidere. Vale. Data idibus Iun. Cypro, a (¶) Crommyacride.

## AR-

(\*) i. e. Palto. Paltus, oppidum Syriac. Plin.

(\*\*) i. e. XII. drachmis, seu denariis, quibus fere respondent duodecim regales argentei Hisp. Mexicani. Vide Coracciani Arithmet.

(¶) Verba Graeca Latine prolata. Nam Κρομμύς ἄκρα Cypri promontorium est: ἀκρῖς autem diminutiva forma dictum. Cassius, quum Latine loqui vellet, ex duobus nominibus unum fecit, ommissa una litera u. Manut.

no con el pueblo. Nuestro amigo Casio con diez legiones, y veinte compañías de socorro, y quatro mil cavallos, tiene asentado su campo à seis leguas y media en Palto; y tiene por cierto que podrá vencer sin batalla. Porque ya en el campo de Dolabela vale (\*) un medimno de trigo doce reales. Si con las navés de los de Laodicea no trae algun bastimento, de necesidad morirá presto de hambre. Y el traerlo, se lo estorvarán facilmente el armada de Casio que es bien grande y cuyo general es Sextilio Rufo, y las tres que nosotros havemos traído, yo, Turulio, y Patisco. Deséo pues que tengais buena esperanza; y que confieis, que así como por esa parte haveis dado asiento à la república, así también por esta nuestra se lo podremos dar con brevedad. Tén salud. Dada en (\*\*\*) Cromiacride de Chipre à los trece de Junio.

## AR-

(\*) El Medimno era medida de seis Modios. Y si cada Modio contenia tres celemines de Castilla; el Medimno era hanega y media Castellana; como afirma el Vocab. Eccles. de Ximenez. Pero si el Modio solamente equivalia à dos celemines Castellanos; el Medimno es sola una hanega, como dice Corachán en su Arithm. y Salas en su Lex.

(\*\*) Promontorio, ò Cabo de las Cebollas, segun Celario: ò Cabo Cornachietto, segun el Vocab. Taurin. y el Calepino de Facciolato.

## ARGUMENTUM.

*Exponit res a se gestas: Rhodios accusat: pro  
curacionem Asiae petit: merita sua in rem  
commemoratur.* Anno U. C. 710.

LENTULUS M. T. C. S. P. D.

XIII. **Q**Uum Brutum nostrum conve-  
nissem, eumque tardius in  
Asiam venturum animad-  
verterem; in Asiam redii, ut reliquias me-  
laboris colligerem, et pecuniam quam pri-  
mum Romam mitterem. Interim cognovi  
in Lycia esse classem Dolabellae, amplius  
que centum naues onerarias, in quas exer-  
citus eius imponi posset: idque Dolabellam  
ea mente comparasse, ut si Syriae spes eum  
frustrata esset, conscenderet in naues et Ita-  
liam peteret, seque cum Antoniis, et reli-  
quis latronibus coniungeret. Cuius rei tan-  
to in timore fui, ut omnibus rebus relictiis,  
cum paucioribus et minoribus navibus ad  
illas ire conatus sim. Quae res, si a Rhodiis  
non essem interpellatus, fortasse tota subla-  
ta esset; tamen magna ex parte profigata  
est: quum quidem classis dissipata est; ad-  
ventus nostri timore milites ducesque effu-  
gerunt; onerariae omnes ad unam a nobis  
sunt exceptae. Certe (quod maxime timui)

vi-

## ARGUMENTO.

Cuentale todos sus hechos: acusa à los de Ro-  
das: pide el gobierno de Asia: y refiere las  
buenas obras que ha hecho à la república.

Año de la fundacion de Roma 710.

LENTULO A M. T. C.

XIII. **Q**Uando me ví con nuestro amigo  
Bruto, y entendí que tardaria  
mucho de pasar en Asia; bolvi-  
me à ella por recoger la resta de mis cargos,  
y embiar à Roma el dineró lo mas presto que  
pudiese. En este medio entendí, que el arma-  
da de Dolabela estaba en Licia, y mas de cien  
navios de alto borde, en que se podia embar-  
car todo su egército: y que Dolabela los ha-  
via juntado con intento, de si la esperanza de  
Siria no le sucediese bien, embarcarse en ellos  
y navegar la buelta de Italia, y allí juntarse  
con los Antonios, y con los demás ladrones. Lo  
qual me puso tanto temor, que pospuestas to-  
das las demás cosas, procuré de acometerlos  
con menos naues y menores. Y si los de Rodas  
no me lo estorváran, fuera posible que yo hu-  
yiera arruinados del todo; aunque lo mas de  
ello se ha hecho: pues el armada se esparció;  
los soldados y capitanes buyeron de temor de  
mi venida; y todas las naues de carga tomé  
sin faltar ninguna. Y à lo menos salí con lo que

Tom. III.

Gg

mas

videor etiam consecutus, ut non possit  
 (\*) classe Dolabella in Italiam pervenire,  
 nec, sociis suis firmatis, durius vobis effi-  
 cere negotium. Rhodii nos et rempublicam  
 quam valde desperaverint, ex literis, quam  
 publice misi, cognosces. Et quidem multa  
 (\*\*\*) parcius scripsi, quam re vera furens  
 eos inveni. Quod vero aliquid de his scripsi,  
 mirari noli: mira est eorum amentia.  
 Nec me meae ullae privatim iniuriae move-  
 runt unquam. Malus animus eorum in nos-  
 tram salutem, cupiditas partium alienam  
 perseverantia in contemtionem optimi cuius-  
 que, ferenda mihi non fuit. Nec tamen om-  
 nes perditos esse puto. Sed iidem illi, qui  
 tum fugientem patrem meum, qui L. Len-  
 tulum, qui Pompeium, qui caeteros viri-  
 clarissimos non receperunt; iidem, tanquam  
 aliquo fato, et nunc aut magistratum ge-  
 runt, aut eos qui sunt in magistratu in se-  
 habent potestate. Itaque eadem superbia et  
 pravitate utuntur. Quorum improbitatem  
 aliquando retundi, et non pati impunitam  
 augeri, non solum utile est reipublicae no-  
 strae, sed etiam necessarium. De nostra di-  
 gnitate velim tibi ut semper curae sit: et  
 quocumque tempore occasionem habueris

(\*) Editio Oliveti non habet classe.

(\*\*) Alii: parcius scripsi. Mirari noli. Mira est eorum  
 Reliqua supposititia censent delentque omnia verba  
 ba interiecta.

mas temor me daba, que Dolabela no pudiese  
 pasar à Italia con armada; ni daros mas que  
 hacer, fortificando à sus amigos. Quán des-  
 confiadados estén los de Rodas de nosotros y de  
 nuestra república, entenderlo has por la carta  
 que he escrito à la ciudad. Aunque realmente  
 he escrito el negocio harto mas moderadamente  
 de lo que me obligaba su locura. Y no te mara-  
 villes que los haya tocado algo en mi carta:  
 están estrañamente desatinados. A mi jamás  
 me han hecho ningun particular agravio. Pero  
 aparecióme que no se podía sufrir su mala vo-  
 luntad en desear nuestra conservacion, el afi-  
 cion que tienen à la parcialidad contraria, y  
 el perseverar en tener en poco à qualquier bue-  
 no. Aunque no creo que todos estén tan estra-  
 ñados. Sino que por desgracia, aquellos mis-  
 mos que no quisieron recoger à mi padre quan-  
 do iba huyendo, ni à Lucio Lentulo, ni à Pom-  
 peyo, ni à los demás varones esclarecidos; es-  
 tos mismos ò están aora con cargos publicos, ò  
 tienen de su mano à los que los administran.  
 Y asi muestran la misma soberbia en su mal-  
 edad. La qual reprimirla algun dia, y no de-  
 jarla tanto crecer con dilatarle el castigo, no  
 solamente es cosa provechosa à la república,  
 pero aun en todas maneras necesaria. Con mi  
 honra deséo tengas cuenta, como siempre la  
 has tenido: y que siempre que tuvieres ocasion,

et in senatu , et in caeteris rebus , laudi nostrae suffragere. Quoniam consilibus decreta est Asia , et permissum est iis , ut dum ipsi venirent , darent negotium , qui Asiam obtineant; rogo te , petas ab iis ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant , et mihi dent negotium , ut Asiam obtineam , dum ipsorum alteruter venit. Nam quod huc properent in magistratu venire , aut exercitum mittere , causam non habent. Dolabella enim in Syria est : et ( ut tu divina tua mente prospexisti et praedicasti ) dum isti venient , Cassius eum opprimeret. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella , et in oppugnando male acceptus , nulla alia confisus urbe , Laodiceam , quae est in Syria ad mare , se contulit. Ibi spero celeriter eum poenas daturum. Nam neque , quo refugiat , habet : neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Spero etiam confectum esse iam , et oppressum Dolabellam. Quare non puto Pansam et Hirtium in consulatu properaturos in provincias exire , sed Romae acturos consulatum. Itaque si ab his petieris , ut interea nobis procurationem Asiae dent , spe-

*asi en el senado , como en los demás lugares y negocios , des favor à mi alabanza. Y pues à los consules se les ha concedido la provincia de Asia , y dado poder , que mientras ellos vayan , dispongan del gobierno de ella ; ruegote , que les pidas me hagan esta honra à mi en particular , y me den orden de que mientras qualquier de ellos venga , yo tenga el gobierno de Asia. Porque no hai necesidad de que ellos vengan acá durante el año de su consulado , ni menos de que embien egército. Porque Dolabela está en Siria : y ( como tú con divino entendimiento lo pronosticáste y lo digiste ) entre tanto que ellos vienen , Casio lo arruinará. Porque Dolabela echado de Antioquia , y aun mal parado en la bateria que le dió , no fiandose de otra ciudad ninguna , se fué à Laodicea , la qual está en Siria à la costa de la mar. Allí confio que antes de muchos dias tendrá el castigo que merece. Porque ni tiene donde huir : ni podrá tampoco sufrir allí mucho tiempo un grande egército como Casio tiene. Y aun confio que à la hora de aora ya el negocio será acabado , y Dolabela derribado. Y asi no entiendo que habrá para que Pansa y Hircio se dén prisa à salir à sus provincias el año de su consulado , sino que gobernarán en Roma sus officios. De manera que si les pidieres , que entre tanto me encomienden el gobierno de Asia ,*  
con-

spero te posse impetrare. Praeterea mihi promiserunt Pansa et Hirtius coram, et absenti mihi scripserunt; Verriusque nostro Pansa affirmavit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porro non mediis fidiis cupiditate provinciae produci longius spatium mihi volo: nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quae ego ne frustra subierim, neve prius, quam reliquias meae diligentiae consequar, decedere cogar, valde laboro. Nam si potuissem, quam exegeram, pecuniam universam mittere, postularem ut mihi succederetur. Nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellae, aut perfidia eorum qui mihi fidem reique publicae non praestiterunt, id consequi et reficere volo. Quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero. Id ut per te consequar, velim, ut solet, tibi curae sit. Ego me de republica ita puto esse meritum, ut non provinciae istius beneficium exspectare debeam; sed tantum, quantum Cassius et Bruti, non solum illius facti periculique societate,

sed

*confio lo recabarás de ellos. Demás de que Pansa y Hircio me prometieron en presencia, y me lo escribieron en ausencia; y Pansa se lo certificó así à nuestro amigo Verrio, que él procuraría, que en su consulado no se me embiáse sucesor. Yo realmente no deséo que se me prorogue el tiempo por codicia de la provincia: porque antes esta provincia me ha sido causa de muchos trabajos, peligros, y graves daños. Y la causa porque yo procuro tanto se me prorogue el tiempo, es: por no haverlos padecido en valde, y porque no me obliguen à pedirme antes de cobrar lo que me resta de mi trabajo. Porque si yo huviera podido embiar todo el dinero que he cobrado, yo mismo rogára que me embiáran sucesor. Pero querria cobrar y reparar lo que dí à Casio, lo que perdimos por la muerte de Trebonio, y lo que tambien por la crueldad de Dolabela, ò por quiebra de los que faltaron en la fidelidad à mí y à la república. Lo qual no puedo hacer, sino tengo tiempo. Querria pues, que procurases que yo alcance esto por tu intercesion, como sueles procurar todo lo demás. Yo pretendo haver hecho tales servicios à la república, que no solo he de tener esperanza de alcanzar esta merced de la prorogacion de la provincia; sino tanto, quanto Casio y los Brutos, no solamente por la compañía de aquel hecho y peligro, sino*

*tam-*

sed etiam huius temporis studio et virtute. Primus enim ego leges Antonianas fregi : primus equitatum Dolabellae ad reipublicam traduxi , Cassioque tradidi : primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam : solus Cassio et reipublicae Syriam , exercitusque qui ibi erant coniunxi. Nam nisi ego tantam pecuniam , tantaque praesidia , et tam celeriter Cassio dedissem , ne ausus quidem esset ire in Syriam : et nunc non minora pericula reipublicae a Dolabella instarent , quam ab Antonio. Atque haec omnia is feci , qui sodalis et familiarissimus Dolabellae eram , coniunctissimus sanguine Antoniis ; provinciam quoque illorum beneficio habebam : sed

(\*) *πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλοῦν* , omnibus meis bellum primus indixi. Haec etsi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animadverto ; tamen non despero : nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis , sed etiam in labore et periculis. Attamen , si etiam aliqua gloria iusta et merita provocabimur , senatus et optimi cuiusque officiis , maiore cum auctoritate apud caeteros erimus,

et

(\*) i. e. *Patriam meam magis amans.*

*Tambien por el aficion y obras de este tiempo. Porque yo fui el primero que rompi con las leyes de Antonio : el primero que reduce la cavalleria de Dolabela al servicio de la república , y la entregué en las manos de Casio : el primero que hice gente por la conservacion de todos contra la conjuracion de los malvados : yo solo confederé con Casio y con la república la provincia de Siria , y los egercitos que havia en ella. Porque si yo no le huviera dado à Casio tanto dinero , y tantos presidios , y tan de presto , no huviera osado Casio ni aun pasar en Siria : y tuvieramos oi no menor peligro en la república de parte de Dolabela , que de la de Antonio. Y todo esto he hecho siendo mui familiar compañero de Dolabela , y mui pariente de los Antonios ; por cuyo favor yo tenia esta provincia. Pero preciando mas mi patria que todo lo demás , yo fui el primero que contra los mios propios levanté vanderas. Y aunque todo esto hasta aora no veo que me haya acarreado ningun fruto ; con todo eso no tengo perdida la esperanza : ni me cansaré jamás de perseverar no solamente en el aficion de la libertad , sino tambien en los trabajos y peligros. Pero con todo eso , si el senado y qualquier bueno me diere ánimo , con darme favor en alguna honra justa y merecida , tendré mayor autoridad para con los demás , con que*

po-

et eo plus prodesse reipublicae poterimus. Filium tuum, ad Brutum quum veni, videre non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus. Sed medius fidius, ea esse eum opinione, et tua, et ipsius, et in primis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus teque dignus est. Vale. D. III. kal. Iun. (\*) Pergae.

## ARGUMENTUM.

*Res a se gestas publice memorat: in Rhodios invehitur: de Dolabella grata narrat.*  
Anno U. C. 710.

P. LENTULUS, P. F. PROQUAEST.  
PROPRÆT. COSS. PRÆT. TRIBB. PL.  
SEN. P. Q. R. S. P. D.

XV. **S**I valetis, liberique vestri valet, bene est: ego valeo. Scelere Dolabellae oppressa Asia, in proximam provinciam Macedoniam, praesidiaque reipublicae quae M. Brutus vir clarissimus tenebat, me contuli: et id egi,  
ut

(\*) Perga ad Cestrum flumen sita, LX. stadiis a mari. Cellarius.

*podré mas servir y favorecer à la república. Quando me fui à ver con Bruto, no pude ver à tu hijo, porque havia ido à los alojamientos con la gente de à cavallo. Pero realmente que me alegro de que tenga tan buen nombre y reputacion, asi por tu respeto, como por el suyo, y sobre todo por el mio. Porque yo tengo en lugar de hermano al que es tu hijo, y se muestra digno de tal padre. Tén salud. Dada en (\*) Perga à veinte y nueve de Mayo.*

## ARGUMENTO.

Refiere todos sus hechos: quejase de los de Rodas: y cuenta cosas agradables de Dolabela.  
Año de la fundacion de Roma 710.

P. LENTULO, HIJO DE PUBLIO,  
lugar teniente de tesorero y de pretor, para los consules, pretores, tribunos del pueblo, y para el senado, pueblo, y comun de Roma.

XV. **S**I vosotros y vuestros hijos teneis salud, buelgo mucho de ello: yo salud tengo. Viendo à Asia tiranizada por la maldad de Dolabela, me retiré à Macedonia que es la mas cercana provincia, y à los presidios que en servicio de la república tiene Marco Bruto varon muy esclarecido: y procuré, que  
los

(\*) Ciudad de Panfilia. Plin. lib. V. cap. 27.  
Mela lib. I. cap. 14.



ut per quos celerrime possent, Asia provincia vectigaliaque in vestram potestatem redigerentur. Quod quum pertimisset Dolabella, et vastata provincia, correptis vectigalibus, praecipue civibus Romanis omnibus crudelissime denudatis ac divenditis, celerius Asia excessisset, quam eo praesidium adduci potuisset; diutius morari, aut exspectare praesidium non necesse habui: et quam primum ad meum officium revertendum mihi esse existimaui; ut et reliqua vectigalia exigerem, et quam deposui, pecuniam colligerem; quidquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quam primum, et vos de omni re facerem certiores. Interim, quum per insulas in Asiam naviganti mihi nuntiatum esset, classem Dolabellae in Lycia esse, Rhodiosque naves complures instructas et paratas in aqua habere; cum his navibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparaverat Patiscus proquaestor, homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in republica coniunctissimus, Rhodum reverti, confusus auctoritate vestra, senatusque consulto, quo hostem Dolabellam iudicatis; foedere quoque, quod cum his, M. Marcello,  
Ser.

viendo ballado en su casa à los que lo iban à matar; no osa poner en público el negocio. A los nueve de Octubre havia salido hasta Brindes, à recibir las quatro legiones que venian de Macedonia; con fin de grangearlas con dinero, y traerlas à la ciudad, para asentarlas sobre nuestros cuellos. Ya has entendido la manera de nuestra república, si república puede haver en medio de las armas: en lo qual siento en el alma tu desgracia, que por tus pocos años no has aun podido gustar bocado de república libre y bien compuesta. Porque hasta aqui podiamos à lo menos tener alguna esperanza; pero aora ni aun esto no podemos. Porque qué esperanza se puede tener; pues osó Antonio decir en un ayuntamiento general, que Canucio procuraba congraciarse con aquellos, los quales ò no havian de tener lugar en la ciudad, ò él se havia de perder? Yo realmente esto, y todo lo demás que à un hombre le puede suceder, pásolo de manera, que tengo mucho que agradecer à la filosofia; la qual no solamente me libra de congoja, sino que me fortifica tambien contra todos los encuentros de fortuna: y lo mismo soi de parecer que hagas tú; y que ninguna cosa tengas por mala, donde ninguna culpa se cometa. Aunque esto mejor que yo lo considerarás tú mismo. Siempre me pareció bien nuestro amigo Estratorio; pe-

tum maxime in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam, prudentiamque cognovi. Da operam ut valeas. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

## ARGUMENTUM.

*Ut omni cura in remp. incumbat, hortatur.  
De legatis scribit ad Antonium missis,  
Pinarium commendat.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. CORNIFICIO S. P. D.

XXIII. **E**GO nullum locum praetermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te, et officia, malo tibi ex tuorum literis, quam ex meis esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in rempublicam incumbas. Hoc est animi, hoc est ingenii tui, hoc eius spei, quam habere debes, amplificandae dignitatis tuae. Sed hac de re alias ad te pluribus. Quum enim haec scribebam, in expectatione erant omnia. Nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad

*no particularmente en tus cosas me ha satisfecho mucho su fidelidad, diligencia, y discrecion. Mira por tu salud. Este será el mayor placer que hacerme puedes.*

## ARGUMENTO.

Encargale que se emplee con todo cuidado en defender la república. Dicese como se han embiado embajadores à Antonio. Y le encomienda à Pinarío. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A CORNIFICIO.

XXIII. **Y**O jamás dejo pasar punto (ni es razon tampoco que lo dege) en que se ofrezca poder no solamente alabarte, pero tambien honrarte. Aunque el amor y aficion que yo te tengo, y lo que por tu servicio hago, mas quiero que lo entiendas por cartas de los tuyos, que no por las mias. Pero encarecidamente te encargo, que con todo cuidado y diligencia te emplees en defender la república. Esto es lo que de tu ánimo, lo que de tu singular entendimiento se espera, y de aquella esperanza, que has de tener de acrecentar tu dignidad. Pero de esto otra vez te escribiré mas largo. Porque al tiempo que esto te escribia, todo estaba suspenso. Aun no havian buuelto los embajadores, los quales el senado havia embiado no à rogarle por la paz, sino à intimar.

ad denuntiandum bellum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. Ego tamen, unum primum occasio data est, meo pristino more rempublicam defendi: me principem senatui populoque Romano professus sum nec, postea quam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuenda salutis libertatisque communis. Sed haec quoque te ex aliis malo. T. Pinarium familiarissimum meum tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim: cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia, sum amicissimus. Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri, quem et tu multum amas, et ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare: sed commendo tamen. Facies igitur, ut ex Pinarii gratissimi hominis literis tuum et erga illum et erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

AR-

*marle la guerra, si no obedía à la embajada. Aunque yo, luego que se me ofreció ocasion, conforme à mi antigua costumbre me puse à defender la república: y al senado y pueblo Romano me les ofreci por capitán: y despues que tomé à mi cargo el negocio de la libertad, no he perdido punto en el defender el estado y libertad comun. Pero todo esto mas quiero que de otros lo entiendas. A Tito Pinario mi familiar amigo con todo el encarecimiento posible te lo encomiendo: porque lo amo estrañamente, así por sus muchas virtudes, como por nuestros estudios comunes de las letras. El trata à las cuentas y negocios de nuestro amigo Dionisio, à quien tú le tienes aficion muy grande, y yo como al que mas. Yo no tengo necesidad de encomendarte sus negocios: pero con todo eso te los encomiendo. Haz pues de manera, que por carta de Pinario varon muy agradecido entendamos el amor, que à él y à Dionisio tienes. Tén salud.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Ex literis Cornificii S. C. factum esse significat : ut in remp. incumbat, hortatur. Lucceio se nulla in re defuturum pollicetur.*  
Anno U. C. 710.

M. T. C. CORNIFICIO. S. P. D.

XXV. **L**iberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius (\*) altero vicesimo die, ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus, neque postero. (\*\*) Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non invita Minerva. Et enim eo ipso die senatus decrevit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur. Pansa tuas literas recitavit: magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio, et offensione Minotauri, id est, Calvisii et Tauri. Factum de te senatus-consultum honorificum. Postulabatur, ut etiam illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego (mi Cornifici) quo die primum in spem libertatis ingressus sum, et cunctantibus caeteris,

(\*) Videl. die vicesimo secundo. Nam alter secundum obtinet locum. *Olivetus.*

(\*\*) i. e. XIII. kal. Aprilis, qui dies Minervae dicatus erat. *Ovid. Fast. 3. 802.*

## ARGUMENTO.

Dale razon de una ordenacion que el senado havia hecho conforme à su carta: le encarga defendiendola à la república: y prometele de hacer toda cosa por Lucceyo.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A CORNIFICIO.

XXV. **P**Or (\*) fiestas de Baco recibí tu carta, la qual me dió Cornificio (\*\*) à los veinte y dos dias, segun él me dijo. Aquel dia, ni el siguiente no huvo senado. El dia de la fiesta de Minerva traté tu negocio en un copioso senado con gran favor de la misma Minerva. Porque este mismo dia determinó el senado, que aquella mi Minerva, guarda de la ciudad, que la havia derribado un torvellino, se tornáse à levantar. Pansa leyó tu carta, con grande aprobacion y aplauso del senado, y con mui gran gozo; aunque con mucho disgusto del Minotauro, quiero decir, de Calvisio y Tauro. Se hizo en tu favor un mui honroso decreto del senado. Pediasse tambien, que aquellos fuesen notados: pero Pansa fué mas benigno. Yo (amigo Cornificio) el dia que comencé à tener esperanza de la libertad, y que estando los demás mui perple-

(\*) Celebrabanse el dia 17. de Marzo.

(\*\*) Abril tradujo à los 21. Vease la nsta latina.

ad XIII. kal. Ianuarii , fundamenta ieci reipublicae ; eo ipso die providi multum , atque habui rationem dignitatis tuae. Mihi enim est assensus senatus de obtinendis provinciis. Nec vero postea destiti labefactare eum , qui summa cum tua iniuria contumeliaque reipublicae , provinciam absens obtinebat. Itaque crebras , vel potius quotidianas compellationes meas non tulit , seque in urbem recepit invitus : neque solum spe , sed certa re iam et possessione deturbatus est. Meo iustissimo honestissimoque convicio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse , provinciaeque honoribus amplissimis affectum , vehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas , accipio excusationem : fuit enim illud quoddam caecum tempus servitutis. Ego tuorum consiliorum auctor , dignitatisque fautor , iratus temporibus , in Graeciam desperata libertate rapiebar : quum me etesiae , quasi boni cives , relinquentem rempublicam prosequi noluerunt : austerque adversus maximo flatu me ad tribules tuos Regium tulit : atque inde ventis remisque in patriam omni festinatione properavi.

po-

*jos , à los veinte de Diciembre eché los cimientos de la república ; aquel mismo día consideré muchas cosas , y tuve mucha cuenta con tu dignidad. Porque en lo del detenerse las provincias , el senado fué de mi parecer. Y despues acá jamás he dejado de picar al que en ausencia , con grande agravio tuyo y afrenta de la república , estaba apoderado de la provincia. Y así no pudiendo sufrir mis espesas , ó por mejor decir ordinarias pesadumbres de palabras , contra su voluntad se entró en la ciudad : y está derribado no solamente de su esperanza , sino de negocio ya cierto y de una declarada posesion. Alegrome en extremo de que tú por mis justas y honestas pesadumbres hayas conservado tu dignidad con mui gran valor tuyo , y que la provincia con tan particulares honras te haya honrado. En quanto à lo que de Sempronio te me disculpas , yo acepto la excusa : porque fué aquel un tiempo ciego de servidumbre. Yo que soi el autor de tus consejos , y el valedor de tu dignidad , enfadado de estos tiempos , con todo mi seso me iba à Grecia desconfiado de la libertad : quando los cierzos , como buenos ciudadanos , no me quisieron seguir pues desamparaba la república : y un sud contrario con gran fuerza me hizo bolver à tus parroquianos los de Regio : de donde à remo y à vela me bolví à la ciudad con mui gran pri-*

*sa:*



postridieque in summa reliquorum servitute liber unus fui. Sic sum in Antonium investus, ut ille non ferret, omnemque suum vinolentum furorem in me unum effunderet; meque cum elicere vellet ad caedis causam, tum tentaret insidiis: quem ego ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas. Puer enim egregius praesidium sibi primum et nobis, deinde summae reipublicae comparavit: qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio pestis patriae fuisset. Quae deinceps acta sint, scire te arbitror. Sed redeamus ad illud, unde divertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio: neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. *Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat*, ut ait Terentius. Quam ob rem (mi Quinte) conscende nobiscum, et quidem ad puppim. Una navis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus. Utinam prospero cursu. Sed quicumque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid enim praestare aliud virtus potest? Tu fac magno animo

sa: y el dia siguiente estando todos con un temor servil, yo solo fui libre: y de tal manera las huve con Antonio, que no me pudo sufrir, y descargó contra mí toda aquella su furia de borracho; y quisome hacer salir para tener ocasion de matarme, y probó de hacerlo parandome celadas: pero yo así como él estaba regoldando y vomitando, lo eché en las redes de Cesar Octaviano. Porque el esclarecido mancebo se havia apercebido de presidio, primero para sí y para nosotros, y despues para la república: porque si así no lo huviera hecho, la buelta que Antonio hizo de Brindez huviera sido total perdicion de la república. Lo que despues acá ha sucedido, ya creo lo tienes entendido. Pero bolvamos al punto, de que nos havemos divertido. Yo admito la disculpa en lo de Sempronio: porque en tan gran confusion de la república no podias tener cosa determinada. Pero ya este tiempo trae otra vida, y pide otra manera de costumbres, como dice Terencio. Por tanto (amigo Quinto) embarcate con nosotros, y aun en la popa. Ya todos los buenos están en un mismo navio: el qual nosotros procuramos governar con próspero viage. Plega à Dios sea con buen suceso. Pero corran los vientos que corrieren, à lo menos nuestra arte no faltará. Que es lo que la virtud puede prometer. Tú procura tener un  
áni-

sis et excelso : cogitesque , omnem dignitatem tuam cum republica coniunctam esse debere. P. Luceium mihi meum commendas ; quem , quibuscunque rebus potero , diligenter tuebor. Hirtium quidem et Pansam collegas nostros , homines in consulatu reipublicae salutares , alieno sane tempore amissimus , republica Antoniano quidem latrocinio liberata , sed nondum omnino explicata : quam nos , si licebit , more nostro tuebimur ; quanquam admodum sumus iam defatigati. Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. Verum haec haec. Ab aliis te de me , quam a me ipso , malo cognoscere. De te audiebamus ea , quae maxime vellemus. De Cn. Minucio , quem tu quibusdam literis ad caelum laudibus extulisti , rumores duriores erant. Id quale sit , omninoque quid istic agatur , facias me velim certiorum. Vale.

AR-

*ánimo grande y generoso : y considera , que es razon que tu dignidad vaya engerida con la de la república. En encomendarme à Lucceyo , haz cuenta que me encomiendas cosa mia ; y que en todo lo que pudiere , lo ampararé con toda diligencia. A Hircio y à Pansa nuestros colegiales , y consules mui favorables à la república , havemos perdido à mui mala coyuntura , libre ya la república de Antonio y sus salteadores , pero no asentada del todo : la qual yo , si pudiere , defenderé como tengo de costumbre ; aunque realmente me toma ya mui sobre cansado. Aunque ningun cansancio ha de ser parte para estorvar à nadie que no haga su deber y cumpla con su credito. Pero baste quanto à esto. Porque de mis cosas mas quiero que te informes de los otros , que de mí mismo. De ti tenemos aqui las nuevas que deseamos. De Cneo Minucio , à quien tú en cierta carta tuya lo encumbrabas con alabanzas hasta el cielo , no sonaba buena fama. La verdad de ello , y finalmente todo lo que en esa provincia pasa , querria me escribieses largamente. Tén salud.*

AR-

## ARGUMENTUM.

*Heredes Q. Turii de bonis in Africa relicti commendant.*

Anno U. C. 709.

## M. T. C. CORNIFICIO S. D.

XXVI. **Q**uintus Turius qui in Africa negotiatus est, vir bonus et honestus, heredes fecit similes sui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, C. Anneium, Q. Considium Gallum, L. Servilium Postumum, C. Rubellium. Ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egerere, quam commendatione. Tanta enim liberalitate se tua usus praedicabant, ut iis plus a te tributum intelligerem, quam ego te auderem rogare. Audeo tamen: scio enim quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, quam sine meis literis usus es, quam maximus his literis cumulus accedat. Caput autem est meae commendationis, ne patiare Erotem Turium Q. Turii libertum, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam avertere; caeterisque omnibus

re-

## ARGUMENTO.

Encomiendale los herederos de Quinto Turio en los bienes que havia dejado éste en Africa.

Año de la fundacion de Roma 709.

## M. T. C. A CORNIFICIO.

XXVI. **Q**uinto Turio el qual tuvo sus tratos y negocios en Africa, hombre de mucha bondad y honra, dejó por sus herederos à Cneo Saturnino, Sexto Aufidio, Cayo Aneyo, Quinto Considio Galo, Lucio Servilio Postumo, y Cayo Rubelio, personas de las mismas prendas y valor de Turio. De cuyas palabras he entendido, que tenian mas necesidad para contigo de agradecimiento de palabra, que de carta de favor. Porque se alababan tanto de la liberalidad de que havias usado con ellos, que entendia les havias hecho mas merced, de la que yo osára rogarte. Pero con todo eso me atreveré à rogarte: pues entiendo, que mi favor será para contigo de algun peso y momento. Ruegote pues, que aquella liberalidad de que con ellos has usado antes de recibir mi carta, aora por respeto de ella la subas mas de punto. La suma de este mi ruego es, que no permitas que Herote Turio liberto de Quinto Turio haga fraude à la herencia, como la ha hecho hasta aqui; y que en todo lo demás los

Tom.III.

LI

mi-

rebus habeas eos commendatissimos. Magnam ex eorum splendore et observantia capies voluptatem. Quod ut velis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

## ARGUMENTUM.

*Aufidii, equitis Romani, Africana negotia commendat. Anno U. C. 709.*

M. T. C. Q. CORNIFICIO S. P. D.

XXVII. **S**Extus Aufidius et observantia, qua me colit, accedit ad proximos; et splendore, equiti Romano nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio magisve ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam ut is intelligat, meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer (mi Cornifici) rogo. Vale.

AR-

*mires como à personas encomendadas de mi parte. Porque no sacarás pequeño fruto de su mucho valor y gran respeto. Esto te ruego muy encarecidamente que lo hagas. Tén salud.*

## ARGUMENTO.

Encomiendale los negocios que tenia en Africa Aufidio, cavallero Romano.  
Año de la fundacion de Roma 709.

M. T. C. A QUINTO CORNIFICIO.

XXVII. **S**exto Aufidio es uno de los que mas respeto me tienen; y un cavallero Romano de los de mayor valor y lustre. Es tan comedido y moderado en sus costumbres, que sin perjuicio de su gravedad sabe usar de muy gran humanidad. Encomiendote pues los negocios, que en Africa à éste se le ofrecen, tan encarecidamente, que ningunos te podría encomendar mas de corazon ni mas de veras. Gran merced me harás, en que procures que él vea por la obra, que esta mi carta ha sido para contigo de grandísima importancia. Esto te lo ruego (amigo Cornificio) muy encarecidamente. Tén salud.

Lle

AR-

## ARGUMENTUM.

*Quod Cornificius in eos, qui Lilybaeo minati fuerant, non animadverterat, leviter reprehendit: contra laudat eius in remp. studium: addit de pecunia et republica.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. Q. CORNIFICIO S. P. D.

XXVIII. **A**ssentior tibi, eos, quos scribis (\*) Lilybaeo minati, istis poenas dare debuisse: sed metuisti (ut ais) ne nimis liber in ulciscendo viderere. Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quod societatem reipublicae conservandae tibi mecum a patre acceptam renovas, gratum est: quae societas inter nos semper (mi Cornifici) manebit. Gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim id inter nos facere debemus. Senatus saepius pro dignitate tua appellaretur, si absentibus consulibus unquam nisi ad rem novam cogeretur.

Ita-

(\*) Lilybaeum est promontorium in Sicilia: hodie incolis *Capo Boco*, vel *Capo Coco*. Vocab. Taurin.

## ARGUMENTO.

Reprehende con comedimiento à Cornificio, porque no havia castigado à los que havian amenazado à Lilibeo: alaba su aficion à la república: y le dice del dinero y del estado de la república. Año de la fundacion de Roma 710.

M. T. C. A QUINTO CORNIFICIO.

XXVIII. **S**Oi de tu parecer en lo que dices, que esos que amenazan à Lilibeo, fuera razon que recibieran su pago ai mismo en tu provincia: pero (como dices) temiste no te juzgasen por demasiadamente libre en el castigar. Temiste pues no te juzgasen por mui grave ciudadano, por mui valeroso, y por mui digno en fin de tu nombre y de tus prendas. Gran contento me das en refrescar aquel buen deséo heredado de tu padre, que tienes de hacer compañía conmigo en la conservacion de la república: la qual compañía (amigo Cornificio) durará entre nosotros para siempre. Tambien me dá mui gran gusto aquello que me escribes, que no te parece que hai necesidad de que se me den las gracias de tu parte: porque entre nosotros no hai para que usar de semejantes cumplimientos. Por lo que à tu honra y dignidad toca, rogaria yo muchas veces al senado, sino que en ausencia de los consules jamás se junta sino por alguna no-

ve-

Itaque nec de H-S xx. nec de H-S  
 ioccc, quidquam agi nunc per sena-  
 tum potest. Tibi autem ex senatus-con-  
 sulto imperandum, mutuumque sumen-  
 dum censeo. In republica quid aga-  
 tur, credo te ex eorum literis cogno-  
 scere, qui ad te acta debent perscri-  
 bere. Ego sum spe bona: consilio,  
 cura, labore non desum: omnibus  
 inimicis reipublicae esse me acerrimum  
 hostem praefere me fero. Res neque nunc  
 difficili loco mihi videtur esse: et  
 fuisset facillimo, si culpa a quibus-  
 dam abfuisset. Vale.

ARGUMENTUM.

*Lamiae negotia commendat: eum suspectum  
 Cornificio excusat. Anno U. C. 710.*

M. T. C. Q. CORNIFICIO S. P. D.

XXVIII. **N**on modo tibi cui om-  
 nia nostra notissima  
 sunt, sed neminem in populo Romano  
 arbitror esse, cui sit ignota ea familia-  
 ritas, quae mihi cum L. Lamia est. Et-  
 enim magno theatro spectata est tum,  
 quum est ab A. Gabinio consule relegatus,  
 quod

*vedad. De manera que ni de las sesenta mil  
 coronas, ni de las veinte y una mil, no se pue-  
 de tratar con el senado cosa ninguna por aora.  
 Parece que conforme à la ordenacion del  
 senado ò las bagas coger, ò las tomes presta-  
 das. Lo que hai de nuevo en la república, creo  
 lo debes de entender por cartas de los que tie-  
 nen obligacion de escribirte los actos publicos.  
 Yo tengo buena esperanza: trabajo todo lo po-  
 sible con mi consejo, cuidado, y aun trabajo:  
 de todos los enemigos de la república me decla-  
 ro por enemigo capital. El negocio, à lo que  
 yo entiendo, no tiene aora mucha dificultad: y  
 si algunos hiciéran lo que debian, no tuviera  
 ninguna. Tén salud.*

ARGUMENTO.

*Encómendale los negocios de Lamia: y le dis-  
 culpa de la sospecha que de él tenia Cornificio.  
 Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A QUINTO CORNIFICIO.

XXVIII. **N**O solamente à ti que de to-  
 das mis cosas tienes gran no-  
 ticia, pero creo que à quantos ciudadanos Ro-  
 manos hai, les es notoria la familiaridad que  
 entre mi y Lucio Lamia se atraviesa. Porque  
 se echó de vér en un mui público espectáculo,  
 quando el consul Gabinio lo desterró, no por  
 mas

quod libere et fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natus est : sed quod erat vetus et magnus , propterea nullum periculum pro me adire dubitavit. Ad haec officia, vel merita potius , iucundissima consuetudo accedit , ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam expectare , quibus eum tibi verbis commendem. Causas enim tanti amoris intelligis. Quae verba desideret , iis me omnibus usum putato. Tantum velim existimes ; si negotia Lamiae , procuratores , libertos , familiam , quibuscunque rebus opus erit , defenderis, gratius mihi futurum , quam si ea tua liberalitas pertinisset ad rem familiarem meam. Nec dubito , quin sine mea commendatione , ( quod tuum est iudicium de hominibus ) ipsius Lamiae causa studiose omnia facturus sis : quanquam erat nobis dictum , te existimare , alicui senatus-consulto , quod contra dignitatem tuam fieret , scribendo Lamiam affuisse : qui omnino consulibus illis nunquam

af-

*mas de porque habló en mi favor como hombre libre y de valor. Y no nació de aquello este amor que hai entre nosotros : si no que por ser él tan grande y tan antiguo , por eso se determinó de ponerse à todo riesgo y peligro por mi causa. Concorre con estos cumplimientos, ó por mejor decir merecimientos, el haver de por medio entre nosotros trato de conversacion muy apacible, de tal manera que no hai hombre de cuyo trato yo mas guste. No creo estarás aguardando, con qué terminos te lo encomendaré. Pues entiendes quan bastantes causas tengo para tenerle tanto amor. Haz pues cuenta que he usado de todos aquellos encarecimientos, que un tan grande amor requiere. Esto quiero que entiendas ; que si en todo lo que se les ofreciere, amparares los negocios de Lamia, sus procuradores, libertos, y familia, me darás mayor contento en ello, que si de esa liberalidad usases en favor de mi hacienda. Y aun tengo por cierto, ( segun es tu mucha prudencia en el conocer los hombres ) que por respeto del mismo Lamia, sin atravesarse de por medio mi favor, harás toda cosa con mucha diligencia : aunque me havian dicho, que tenias sospecha, que Lamia se havia hallado en firmar cierta ordenacion del senado, que se havia hecho en perjuicio de tu dignidad : el qual realmente en todo aquel consulado no se halló en*

fir-

affuit scribendo : deinde omnia tum falsa senatus-consulta deferebantur. Nisi forte etiam illi Semproniano senatus-consulto me censes affuisse : qui ne Romae quidem tum fui ; ut de eo ad te scripsi , re recenti. Sed haec haecenus. Te ( mi Cornifici ) etiam atque etiam rogo , ut omnia Lamiae negotia , mea putes esse : curesque ut intelligat , hanc commendationem maximo sibi usui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura ut valeas.

## ARGUMENTUM.

*Silentium literarum , praeter litigantium commendationes , excusat : de renovato bello scribit : et de angustiis pecuniae publicae.*

Anno U. C. 710.

M. T. C. CORNIFICIO S. P. D.

XXX. **I**Ta-ne praeter litigatores , nemo ad te meas literas ? Multae istae quidem : tu enim perfecisti , ut nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. Sed quis unquam tuorum mi-

*firmar ninguna ordenacion : demás de que entonces todas las ordenaciones se publicaban falsamente. Si no que acaso tú te persuadas que yo me hallé en firmar aquella ordenacion Semproniana : pues entonces ni aun estuve presente en Roma ; como ya acerca de ello te escribí , estando fresco el negocio. Pero quanto à esto no hai mas que tratar. Yo ( amigo Cornificio ) te ruego muy encarecidamente , que hagas cuenta que todos los negocios de Lamia son negocios propios míos : y que hagas de manera que él entienda , que ésta mi intercesion le ha sido de grandísima importancia. En ninguna otra cosa me puedes dar mayor contento. Mira por tu salud.*

## ARGUMENTO.

Escusase de que no le escribía sino cartas de favor : cuéntale como se ha renovado la guerra ; y que está sin dinero el tesoro público.

*Año de la fundacion de Roma 710.*

M. T. C. A CORNIFICIO.

XXX. **T**An à la clara me lo dices , que ninguno te dá carta de mi parte , salvo los que llevan pleitos ? Yo confieso que te escribo muchas de ese genero : porque tú les has hecho tantas mercedes por respeto mio , que ninguno sin carta mia se tiene por bastante-mente encomendado. Pero quién de los tuyos me ha



mihī dixit esse cui darem , quin dederim ? aut quid mihī iucundius , quam ( quum coram tecum loqui non pos- sim ) aut scribere ad te , aut tuas le- gere literas ? Illud magis mihī solet esse molestum , tantis me impediti occu- pationibus , ut ad te scribendi meo ar- bitratu facultas nulla detur. Non enim te epistolis , sed voluminibus lacesserem : quibus quidem me a te provocari oportebat. Quamvis enim occupatus sis , otii tamen plus habes. Aut si ne tu qui- dem vacas , noli impudens esse , nec mi- hi molestiam exhibere , et a me literas crebriores , quum tu mihī raro mittas , flagitare. Nam cum antea distinebar ma- ximis occupationibus , propterea quod omnibus curis rempublicam mihī tuen- dam putabam ; tum hoc tempore , mul- to distineor vehementius. Ut enim gra- vius aegrotant ii , qui quum levati mor- bo viderentur , in eum de integro inci- derunt ; sic vehementius nos laboramus , qui , profigato bello ac pene sublato , renovatum bellum gerere cogamur. Sed haec haecenus. Tu tibi ( mi Cornifici ) fac ut persuadeas , non esse me tam imbecillo animo , ne dicam inhumano ,  
ut

*ba avisado jamás que havia mensagero para tí , que yo no le haya dado carta ? O ( pues en presencia no puedo gozar de tu conversacion ) qué otra cosa puede haver de mayor gusto para mí , que ò escribirte , ò leer alguna tuya ? Lo que mas yo algunas veces siento es , verme tan embarazado de negocios , que no tenga lugar de escribirte como yo querria. Porque te provocaria no con cartas , sino con libros enteros : aunque tú me havias de provocar à mí con ellos. Porque por mui ocupado que estés , estás à lo menos mas desocupado que yo. Y si à tí no te vaga , no quieras ser descomedido , ni darme pena importunandome que te escriba muchas veces , pues tú me escribes à mí tan de tarde en tarde. Porque si hasta aqui yo estaba mui ocupado , por tener empleados todos mis cuidados en la defension de la república ; aora realmente lo estoi mui mas de veras. Porque así como enferman con mayor peligro aquellos , que pareciendo que iban ya convaleciendo , tornan de nuevo à recaer en la misma enfermedad ; así tambien aora nosotros nos vemos en mui mayor trabajo , pues haviendo ya concluido la guerra y casi acabadola del todo , nos es forzoso tornarla à hacer como de nuevo. Pero baste quanto à esto. Tú ( amigo Cornificio ) tén por cierto , que no soi yo de tan flaco corazon , por no decir tan ageno de humanidad , que pueda*

ut a te vinci possim, aut officiis aut amore. Non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notiores amorem tuum effecit Cherippus. O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba (\*) protulit. Itaque noli vereri, ne tibi succensuerim, quod eodem exemplo ad me, quo ad caeteros. Requisivi equidem proprias ad me unum a te literas: sed neque vehementer, et amanter. De sumtu, quem te in rem militarem facere et fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari: propterea quod et orbis senatus, consulibus amissis; et incredibiles angustiae pecuniae publicae: quae conquiruntur undique, ut optime meritis militibus promissa solvantur: quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. De (\*\*) Attio Dionysio nihil puto esse: quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Luceio nihil tibi concedo, quod studiosior eius sis quam ego sum: est enim nobis necessarius. Sed a magistris quum

(\*) Alii: pertulit.

(\*\*) Fortasse legendum: Attico. Ex Man.

sufrir que tú me hagas ventaja, ni en el hacer mi deber ni en el amarte. Porque yo estaba bien satisfecho del amor y voluntad que me tienes: pero con todo eso. Queripo me la ha descubierto mas de veras. O qué hombre tan à proposito siempre para mí, pero al presente realmente mui gustoso! Hasta tu propio semblante realmente me lo ha representado mui al vivo, no contentandose con declararme solamente tu voluntad y tus palabras. No tienes pues de que recelarte, de que yo tenga de tí queja, por haberme tú à mí escrito de la misma manera, que à los demás. Bien quisiera realmente que me huvieras escrito à mí en particular: pero esto deseélo moderadamente, y con amor. En lo que toca al gasto, que dices que haces y has hecho en sustentar la gente de guerra, no puedo favorecerte en nada: porque el senado está como huerfano, muertos ambos los consules; y el tesoro público está mui necesitado de dinero: y lo andamos tomando de do quiera, para darles el galardón à los soldados que tan bien lo han merecido: lo qual creo que no se podrá hacer sin echar algun tributo. Lo de Atio Dionysio creo debe ser todo aire: pues Estratorio no me ha dicho nada. En lo que à Publio Luceyo toca, no te conozco ventaja en que tú le tengas mas afición que yo le tengo: porque es mui familiar amigo mio. Pero rogandoles yo  
mui

quum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, sese, quo minus id facerent, et compromisso, et iurando impediri. Quare veniendum arbitror Luceio. Quanquam si meis literis obtemperavit, quum tu haec leges, illum Romae esse oportebit. Caeteris de rebus, maximeque de pecunia, quum Pansae mortem ignores, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse arbitrare. Quae te non fefellissent, si viveret: nam te diligebat. Post mortem autem eius quid fieri posset, non videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium probo quod scribis, quo illi animo acquirere ferrent, te tuis etiam legatis lictores admississe. Honore enim digni cum ignominia dignis non erant comparandi: eosque ex senatus-consulto, si non decedunt, cogendos ut decedant existimo. Haec fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem. Vale.

FINIS TOMI TERTII,

*mui encarecidamente à los que tienen las almonedas à su cargo, que las dilatasen por algunos dias, me mostraron claramente como no lo podian hacer, asi por el compromiso, como tambien por atravesarse juramento de por medio. Y asi entiendo que Luceyo havrá de venir forzosamente. Aunque si él ha hecho lo que le aconsegué por carta, quando tú ésta recibas, ya él estará de necesidad en Roma. En todo lo demás, y particularmente en lo que toca al dinero, por no saber la muerte de Pansa, escribiste lo que entendias que podias alcanzar de él por medio nuestro. Y si él viviera, no huviera sido vana tu esperanza: porque te tenía mucho amor. Pero siendo él muerto, yo no entiendo que se pueda tratar ninguna cosa. Mui bien me parece lo que hiciste en lo que tocaba à Venuleyo, Latino, y Horacio. Lo que yo no quisiera es lo que me escribes, que porque ellos tomasen el caso con paciencia, les quitaste tambien los alguaciles à tus embajadores. Porque no era razon igualar à los que merecian honra con los que eran dignos de afrenta: antes soi de parecer, que si ellos no salen de la provincia, debes compellerlos à que salgan, conforme al estatuto del senado. Esto te he respondido à la carta, que de tí he recibido duplicada. Quanto à lo demás quiero que entiendas, que tu honra y dignidad la precio y amo yo no menos que la mia. Tén salud.*

FIN DEL TOMO TERCERO.

## ADVERTENCIA DEL CORRECTOR.

EL *Forum Iulii*, de que habla Planco en sus Cartas à Ciceron, à saber, en la XV. y XVII. del libro X. no es *Friolo*, ò *Friuli*, como noté en las paginas 205. y 209. sino la Ciudad de *Frejus*, que fué Colonia de los Octavianos en la Galia Narbonense. Procedió mi inadvertencia de la traduccion de Pedro Simon Abril, y de la prisa con que se corrigió este tomo: pues no reflexioné, que el *Forum Iulii*, que corresponde à *Friuli*, está en el estado de Venecia entre la Marca Tarvisina, Istria, y Norico. Pero el prudente lector me disimulará asi ésta, como qualquier otra equivocacion.

IN-

## INDICE

DE LAS CARTAS DE ESTE  
tomo tercero.

## LIBRO NOVENO.

I.	<i>C</i> iceron à Terencio Var- ron.	Pag. 5.
II.	<i>El mismo al mismo.</i>	9.
III.	<i>El mismo al mismo.</i>	15.
III.	<i>El mismo al mismo.</i>	19.
V.	<i>El mismo al mismo.</i>	21.
VI.	<i>El mismo al mismo.</i>	23.
VII.	<i>El mismo al mismo.</i>	27.
VIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	35.
VIII.	<i>Dolabela à Ciceron.</i>	39.
X.	<i>Ciceron à Dolabela.</i>	43.
XI.	<i>El mismo al mismo.</i>	47.
XII.	<i>El mismo al mismo.</i>	49.
XIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	51.
XIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	57.
XV.	<i>El mismo à Peto.</i>	67.
XVI.	<i>El mismo al mismo.</i>	75.
	<i>El</i>	

## INDICE.

XVII.	<i>El mismo al mismo.</i>	89.
XVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	93.
XVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	97.
XX.	<i>El mismo al mismo.</i>	99.
XXI.	<i>El mismo al mismo.</i>	105.
XXII.	<i>El mismo al mismo.</i>	111.
XXIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	121.
XXIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	123.
XXV.	<i>El mismo al mismo.</i>	129.
XXVI.	<i>El mismo al mismo.</i>	133.

## LIBRO DECIMO.

I.	<b>C</b> iceron à Planco,	139.
II.	<i>El mismo al mismo.</i>	143.
III.	<i>El mismo al mismo.</i>	145.
III.	Planco à Ciceron.	151.
V.	Ciceron à Planco.	155.
VI.	<i>El mismo al mismo.</i>	161.
VII.	<i>El mismo al mismo.</i>	165.
VIII.	Planco à Ciceron.	169.
VIII.	<i>El mismo, emperador, consul nombrado, à los consules, pretores, tribunos del pueblo, y al senado y pueblo Romano.</i>	171.
	Ci-	

## INDICE.

X.	Ciceron à Planco.	181.
XI.	Planco à Ciceron.	189.
XII.	Ciceron à Planco.	191.
XIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	193.
XIII.	Planco à Ciceron.	195.
XV.	<i>El mismo al mismo.</i>	201.
XVI.	Ciceron à Planco.	207.
XVII.	Planco à Ciceron.	209.
XVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	213.
XVIII.	Ciceron à Planco.	219.
XX.	<i>El mismo al mismo.</i>	221.
XXI.	Planco à Ciceron.	225.
XXII.	Ciceron à Planco.	233.
XXIII.	Planco à Ciceron.	235.
XXIII.	<i>El mismo, emperador nombrado, à Ciceron.</i>	243.
XXV.	Ciceron à Furnio.	253.
XXVI.	<i>El mismo al mismo.</i>	257.
XXVII.	<i>El mismo à Lepido.</i>	261.
XXVIII.	<i>El mismo à Trebonio.</i>	263.
XXVIII.	Galba à Ciceron.	267.
XXX.	C. Asinio Pelion à Ciceron.	273.
XXXI.	<i>El mismo al mismo.</i>	283.
XXXII.	<i>El mismo à Curio.</i>	291.
XXXIII.	Marco Lepido, segunda vez emperador, pontifice mayor, à Ciceron.	299.
	El	

XXXIII. *El mismo al senado, pueblo, y plebe Romana.* 303.

## LIBRO ONCENO.

I.	<i>Decimo Bruto à Marco Bruto y Cayo Casio.</i>	307.
II.	<i>Bruto y Casio, pretores, à Marco Antonio consul.</i>	311.
III.	<i>Los dichos al mismo.</i>	315.
III.	<i>Decimo Bruto, emp. consul nombrado, à Ciceron.</i>	321.
V.	<i>Ciceron à Decimo Bruto, consul nombrado.</i>	323.
VI.	<i>El mismo al mismo.</i>	327.
VII.	<i>El mismo al mismo.</i>	329.
VIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	333.
VIII.	<i>Decimo Bruto à Ciceron.</i>	335.
X.	<i>El mismo al mismo.</i>	339.
XI.	<i>El mismo, consul nombrado, à Ciceron.</i>	343.
XII.	<i>Ciceron à Decimo Bruto, consul nombrado.</i>	347.
XIII.	<i>Decimo Bruto à Ciceron.</i>	349.
XIII.	<i>Ciceron à Decimo Bruto, consul nombrado.</i>	355.
	<i>El</i>	

XV.	<i>El mismo al mismo.</i>	359.
XVI.	<i>El mismo al mismo.</i>	361.
XVII.	<i>El mismo al mismo.</i>	365.
XVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	367.
XVIII.	<i>Decimo Bruto à Ciceron.</i>	369.
XX.	<i>El mismo al mismo.</i>	371.
XXI.	<i>Ciceron à Decimo Bruto emperador.</i>	377.
XXII.	<i>El mismo al mismo.</i>	381.
XXIII.	<i>Decimo Bruto à Ciceron.</i>	383.
XXIII.	<i>Ciceron à Decimo Bruto.</i>	385.
XXV.	<i>El mismo al mismo.</i>	387.
XXVI.	<i>Decimo Bruto, emperador, à Ciceron.</i>	389.
XXVII.	<i>Ciceron à Macio.</i>	391.
XXVIII.	<i>Macio à Ciceron.</i>	401.
XXVIII.	<i>Ciceron à Opio.</i>	411.

## LIBRO DOCENO.

I.	<i>Ciceron à Cayo Casio.</i>	415.
II.	<i>El mismo al mismo.</i>	419.
III.	<i>El mismo al mismo.</i>	425.
III.	<i>El mismo al mismo.</i>	429.
V.	<i>El mismo al mismo.</i>	431.
VI.	<i>El mismo al mismo.</i>	435.
	<i>El</i>	

VII.	<i>El mismo al mismo.</i>	437
VIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	441
VIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	443
X.	<i>El mismo al mismo.</i>	445
XI.	<i>Cayo Casio, proconsul, à Ciceron.</i>	449
XII.	<i>El mismo al mismo.</i>	451
XIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	457
XIII.	<i>Lentulo à Ciceron.</i>	465
XV.	<i>P. Lentulo, hijo de Publio, à los consules y pueblo Romano.</i>	475
XVI.	<i>Trebonio à Ciceron.</i>	489
XVII.	<i>Ciceron à su coleg. Cornificio.</i>	495
XVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	499
XVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	501
XX.	<i>El mismo al mismo.</i>	505
XXI.	<i>El mismo al mismo.</i>	507
XXII.	<i>El mismo al mismo.</i>	509
XXIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	513
XXIII.	<i>Ciceron à Cornificio.</i>	517
XXV.	<i>El mismo al mismo.</i>	521
XXVI.	<i>El mismo al mismo.</i>	529
XXVII.	<i>El mismo al mismo.</i>	531
XXVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	533
XXVIII.	<i>El mismo al mismo.</i>	535
XXX.	<i>El mismo al mismo.</i>	539